DISSERTATIO DE INTERSTITIO PRAEDIORUM, QUAM PRAESIDE PETRO MULLERO U.J.D. ET...

Peter Müller, Georg Gerbet, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

PROOEMIUM.

IUre Naturæ Primævam aliquam rerum omnium fuiſſe communionem atque ex inſtituto, *h. e.* ex Jure Gentium demum ipſa dominia introducta eſſe multi ſunt, qui ſtatuunt. *Hugo Grotius de J.B. & P. lib. 2. c. 2 §. 2.* ſcribit: *Erant omnia communia ac indiviſa omnibus, quaſi unum cunctis patrimonium eſſet. Factum hinc, ut ſtatim quisque hominum ad ſuos uſus arripere poſſet, quod vellet, & quæ conſumi poterant conſumere. Atque talis univerſalis juris uſus erat tunc vice proprietatis &c.* Adſtipulatur huic frater *Guilhelmus Grotius in tractatu de principiis Jur. nat. cap. 2. §. 4. ibi*: communio bonorum naturalis fuit ante introductam diviſionem. Non abludit *Seldenus in tract. de mari clauſo l. 1. c. 4.* & *de Jure naturæ & gent. ſecund. diſcipl. Hebræor: lib. 4. cap. 6.* Alii, ut eò tutiùs videantur agere, diſtinguunt inter communionem *poſitivam* & *privativam* Puffendorff. *de J. N. & G. lib. 4. cap. 4. pag. 452.* Speciosa quidem fundamenta pro ſua opinione adducunt, vid. *Joh. de Dicaſtill de J. & J. lib. 2. tract. 1. Diſp. 1. dub. 10. n. 132. & ſeqq.* atque præſuppoſitâ quadam communione dominium ad homines perveniſſe dicunt pacto hominum *aut expreſſo*, puta per diviſionem, quæ quidem ſententia eſt Hugonis, & Guilielmi Grotii: *aut tacito*, puta per ipſam occupationem, ita quidem, ut ſimul ac diſplicuerit gentibus communio, nec diviſio facta fuerit, inter omnes tacitè conveniſſe præſumatur, ut, quod quisque inpoſterum occuparet, id quoque ſuum faceret, propriumque retineret. *Selden. dict. loc. lib. 1. c. 4.* & *de J. N. & G ſecundum diſc. Hebræor: lib. 6. cap. 4.* addatur *Barthol. Medina in Thom. 1. 2dæ. Artic. 1.* Sed rectius primæva illa rerum communio negatur, atque ipſum domini-

um

um primo homini coævum eſſe eruditi ſeculi noſtri viri ſatis dilucidè demonſtrant. vid. *D. Caſp. Ziegler in comm. ad Hug. Grot. l. 2. c. 2. pag. 217. & ſeqq. Oſiandrum ad Grotium pag. 650. & ſeqq. Boeclerum ad eund. pag. 37. & ſeqq. D. Joh. à Felde pag. 114. & ſeqq. aliosque plures Grotii interpretes*, addantur Dn. Prof. Velthemius, & Dn. D. Simon & *in notis ad* eundem. *l. 2. c.* 2. §. *2.* Noſtri inſtituti ratio hoc loco non permittit, rationes adverſariorum perquirere, præſertim cùm illæ a prælaudatis Scriptoribus ſatis diſcuſſæ extent; ſufficiat nobis inpræſentiarum allegare textus *Geneſ. cap. 1. verſ. 26. & 28.* qui dubitare nos non ſinunt, dominium rerum mundanarum ipſi homini concreatum ac coævum eſſe, atque cum ipſo homine ex intentione divinâ coepiſſe. Deus enim hominem ad ſui imaginem creans ipſum quoque ſimul rerum creatarum dominum fecit ipſi ſtatim Adamo mundi univerſi & dominium concedens. Repetita fuit ea conceſſio poſt diluvium *Geneſ. cap. 9.* in Noacho ejusque poſteris, cujus Noachi ævo terræ agrique diſtincti ſunt, atque cum poſtmodum ſub Nimrodo imperia quoque coeperint, arctior videtur fuiſſe obſervata dominiorum diſtinctio, nihilque ferme relictum, quod non certis dominiorum terminis ac limitibus circumſcriberetur. Patet exinde dominia ipſa non ex Jure gentium demum ortum ſuum trahere, quin potiùs dominiorum (quæ anteà jam dum aderant) diſtinctio ac ſeparatio ſaltem ex inſtituto humano proveniat. In illa dominiorum diſtinctione cum vel præcipuam mereri videatur curam, ut cuilibet rei ac poſſeſſioni in republicâ ſui termini, menſuræ ac interſtitia ponantur, quibus ab adjacentibus ſeparari ac diſcerni poſſint, conſtitui materiam hanc de interſtitiis breviter excutere, atque quid tum olim tum & hodie inprimis circa ea Juris obtinuerit perſpicere. Tu Deus Optime Rerum moderator ac Arbiter coeptis meis annue!

Tres.

THES. I.

Conſtat *Rubrica* noſtra duabus voculis, nempe: de INTERSTITIIS PRÆDIORUM: in quarum tamen enodatione nobis licebit eſſe breviores. Quod ad primum, ſeu *prædicatum* rubricæ attinet, *Interſtitium* à *ſtatuo* nonnulli deducunt, eò, quòd terminos inter adjacentia ſtatuat. *Faber in Lexic. Philolog. verb. ſtatuo.* alii verò ab interſiſto vel interſto deducunt, quod rem aliquam interſtet aut interſiſtat. *vid. Calepin. in Lexic. Philolog. voce interſtitium.* Quamcunque derivationem hîc accipias, ſatis commoda erit.

THES. II.

Accipitur autem Interſtitii vocabulum non unifariam; aut enim 1. prædicatur de *tempore*, & tunc (α) aliquando denotat *temporis* certum *ſpacium*, aut moram aliquam, germ. Eine Friſt. Sic Tacitus *lib. 5. Annal. cap. 4. n. 2. brevibus momentis ſumma labi poſſe, dandumque interſtitium pœnitentiæ ſenis.* Vel (β) alicujus rei *abſentiam.* Sic Plinius *lib. 16. cap. 39.* Interſtitium Lunæ dixit illud ſpatium ſeu intervallum temporis, quo nec luna vetus amplius apparet, nec adhuc nova videtur. Vel (γ) *ceſſationem* aut vacationem alicujus rei, uti apud *Gell. Noct. Attic. l. 20. cap. 1.* Interſtitium Juris dicitur, *h. e.* ceſſatio, vel potiùs tempus, in quo jus ceſſat. Sic quoque Interſtitium armorum accipimus pro induciis ſeu tempore, quo arma quieſcere debent. Aut 2. & quidem primariò & magis propriè Interſtitium dicitur *de rebus corporalibus*, quæ ſuâ naturâ tangi poſſunt, inprimis verò *localibus*, quô ſenſu Interſtitium erit illud intervallum ſeu ſpatium locale, quo unum corpus adjacens, (v. g. fundus, ager, domus &c.) diſtat ab alio, quod ad ea diſtinguenda ac ſeparanda relictum eſt; græcè Διάστημα, germ. der Raum oder die Weite zwiſchen zweyen nah-anliegenden oder an einander gräntzenden Dingen. Quam ſignificationem & nos hoc loco recipimus.

THES. III.

Subjectum Rubricæ, ipſa ſcilicet *prædia*, quod concernit, *prædium* Iſidorus *de orig. l. 15. c. 13.* dictum putat quaſi *prævidium*, quo

ex omnibus patriſamilias maximè providetur; vel etiam à *predâ*, quòd antiqui Romani agros, quos in bello capiebant, prædæ nomine habuerint. Sed poſterius hoc, tanquam Juri Romanonon ſatis congruum, rejicit *Gœdd. ad l.115. n.8. ff. de V. S.* notum enim, Jure Romano res mobiles capientium fuiſſe, quas ſolùm milites ſibi acquirebant. *Jaſon ad l.1. n.9. ff. de acqu. poſſ.* Immobiles verò non ſibi, ſed reipublicæ addixiſſe, à quâ poſtmodum publicari ac diſtrahi poterant, *l. in agris 16. ff. de A.R.D. l. captivus 20. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. l. item ſi verberatum 15 §.2. ff. de Rei Vind. l. Lucius 11. ff. de Evictiɔn. Cujacius ad §. Item ea 17. Inſt. de R.D.* nam in actu belli milites reipublicæ ut miniſtri operam navant. *Hug. Grot. de J. B. & P. lib.3. cap. 6. §.1.* Nos *cum Varrone lib.4. de lingu. lat.* Prædium *à præſtando* deducimus, quia præbet nobis reditum & uſum ſui, vel quòd pignori datum mancipiis fidem præſtet *Cic. lib.3. de offic.* Eritque hoc loco Prædium generale nomen, ſub quo & *urbana* & *ruſtica* prædia comprehenduntur, uti etiam accipitur *in dict. l. 115. ff. de V. S.* vid. ibid. Goedd. *in Comm.*

Thes. IV.

Hæc de notatione nominali: pergendum eſt ad *Realem*. Cùm verò definitio in jure noſtro periculoſa ſit *l. 202. ff. de Reg. Jur.* ſufficiat nobis ſequens deſcriptio: quod Interſtitium prædiorum ſit *certum ac legitimum ſpatium à ſuperiore determinatum, vel uſu introductum, inter vicina vel confinia prædia, ob communem eorum indigentiam ac neceſſitatem, ad communem prædiorum utilitatem ac tranquillitatem publicam ſpectans.*

Thes. V.

Vocatur hoc interſtitium in Jure noſtro etiam alio nomine terminus, *ut in l. 13. fin. regund.* legitimum ſpacium *l.14. ff. de S. U. P. l.11. C. de ædif. priv.* Intervallum *d. l. & l.12. §.3. ff. eod.* Intercapedo *d. tt.* In urbanis prædiis Romanis dicebatur ambitus, à domibus ſeu inſulis Romanorum, quæ ambiri ſeu circuiri poterant *vid. Feſtus in voc. ambitus.* Item angiportus, & ſi quæ alia nomina reperiuntur, de quibus in ſequentibus dicendum erit.

Theſ. VI.

Quoad *originem* Interſtitiorum ſciendum eſt: Cum in principio ſummum Numen univerſi hujus machinam fabricaſſet, Illud ordine cuncta produxiſſe, atque res creatas omnes in diſtinctas diſpoſuiſſe ſpecies, terræ marique terminos, ſuaque determinaſſe interſtitia, intra quæ ſtare ac permanere deberent. Ut ergo genus humanum ad ipſius imaginem productum per omnia reſpectu habito ad exemplar Altisſimi, rebus creatis ſine disſidiis uteretur, ac quilibet mortalium poſſesſiones ſuas quietas atque tranquillas haberet, non ſolùm in lege ſuâ morali ſeu Decalogo vicinorum parietes ac confinium agros munivit atque ab omni illicitâ cupidine & injuriâ vindicavit, ſed & *Numer.* 34. populo ſuo accuratisſimè delineavit, quâ ratione terra Cananæorum, ad cujus occupationem Iſraëlitæ venerant, dimetienda ac diſtribuenda eſſet, ſingula quoque Imperia finibus ſuis incluſiſſe, Apoſtolus Athenienſes docet *Actor.* 17. *v.* 16. ut ſic haut malè interſtitia noſtra menti ac intentioni divinæ vel maximè convenire dicamus, præſertim cùm textus *Deuteron.* 27. *v.* 17. nos non dubitare, ſed certò credere jubeat; ibi enim Deus ſub gravisſimâ maledictionis poenâ prohibuit, ne quis terminos vicini, aut ædificando, aut abſcindendo, aut arando, vel alio quocunque modo occupet aut coarctet.

Theſ. VII.

Secuti ſunt hâc in parte ipſum Deum primi mortales genteſque moratiores. Cum enim Jure gentium eſſent diſcretæ gentes, regna condita, dominia diſtincta, agris quoque termini poſiti ædificiaque collocata, uti loquitur *Hermogenianus in l.* 5. *ff. de J. & J.* interſtitiorum, vel præcipuam rationem gentes habuiſſe colligimus, cùm & ea humanæ ſocietatis conſervatio atque indies tunc temporis non ſecus ac hodie emergens neceſſitas ac indigentia poſtulaverit. Quamvis enim poſt obitum ipſius Adami in liberis aliquantulùm adhuc duraverit communio aliqua, eam tamen ſequentibus temporibus, ob multiplicatum genus humanum, atque exindè majorem indies naſcentem indigen-

eentiam & necesſitatem ſubſiſtere non poſſe videbant mortales; Hinc in certas domus ſeu familias genus humanum primùm diſtinctum, *Geneſ. cap. 10.* cumque propagatâ ac multiplicatâ ſobole occupatum ſolum poſſeſſoribus ad victum & habitationem non ſufficeret, ratio atque humanæ ſocietatis conſervandæ necesſitas ſecesſionem exigebat. Hinc pars eorum migrare aliasque alibi ſedes quærere coacti fuerunt, cesſit hinc *Semo* quicquid ab Euphrate tractûs erat usque ad Indiam, *Cainus* Africam obtinuit, *Japhetus* Europæ ditiones occupavit. Atque cùm bonum ſocietatis ac tranquillitatis humanæ obtineri non poterat, ſi diutius ſingulæ familiæ ſeparatæ ac diſpalatæ in agris habitarent, hinc in civitates regnaque conceſſerunt, ædificia urbesque condiderunt atque ut ea, quæ quisque occupando ſua fecerat, quietè ac ſine interpellatione posſideret, ipſa natura per dictamen rectæ rationis & neceſſarias concluſiones exinde deductas ſuas cuique poſſesſiones ac agros asſignavit.

THES. VIII.

At nec tunc videbatur omnis eſſe præciſa disſidiis occaſio; Inter vicinos quippe in urbe ac confines in agris (ita eos diſtinguit *Rittershuſ. in comm. ad §. quædam actiones Inſt. de act.*) difficiles ſæpè oriebantur lites: & vix posſibile videbatur, ut vicinus ædificando tam accuratè intra limites ſuos, tunc temporis adhuc incertos, ſe contineret, neque aliquando vel ægrè vel ignoranter de vicini areâ aliquid occuparet. In agris quoque non minor difficultas ſe oſtendebat, cùm certis ac determinatis ſuis finibus eſſent deſtituti. Accedebat vicinorum malitia, qui lites ſæpius, juſtè etiam agentibus atque ædificantibus vicinis, non ex injuriâ aliquà acceptâ, ſed ex merâ invidiâ movebant. *l. 12. §. 7. C. de ædif. priv.* Quare, ne amplius ſub incerto jure, aut ſine lege homines agerent *l. 2. pr. ff. de Orig. Jur.* hinc Summa in republ. poteſtas, ne malitiis hominum amplius indulgeret, ad obviandum huic malo terminos vicinos accuratius diſtinguere certaque interſtitiorum jura poponere neceſſum habuit; Quibus obſervatis ſine interpellatione cuilibet ædificare atque agere tàm in urbe quàm in agris pro lubitu licuit.

THES.

THES. IX.

Inprimis verò Romani ad ſuperſtitionem usque limites obſervarunt. Namque Numa Pompilius, qui primus inter Reges Romanorum ſacra & cærimonias omnemq; Deorum cultum docuiſſe dicitur, *Florus lib. 1. cap. 2.* fines quoque agrorum ſacros ac inviolabiles efficere cupiens, Termino, Deaſtro, ſolennia feſta, terminalia dicta, inſtituit; in quibus ſacrificia publicæque ſupplicationes fiebant pro cuſtodiâ terminorum. Quod ſi quis Terminos illos violaſſet, lege terminali Termino, ſeu Deaſtro illi devovebatur, inque ejusmodi ſacrilegam internecionis impunitas concedebatur. *vid. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2. Antiquit. Rom. n. 76.*

THES. X.

Iidem Romani certos territorii urbici terminos poſuerunt. Hinc centeſimos lapides ſeu miliaria habuerunt, quæ, docente Suidâ, ſpacium continebant mille paſſuum, ſeu ſeptem cum dimidio ſtadiorum, *Plutarch. in Graecchis* (quamvis *Iſidorus orig. l. 15.* octo ſtadia fuiſſe teſtetur; qui tamen numerum rotundum & integrum quæſiiſſe videtur,) & dicebatur hoc ſpacium *ſuburbicaria (ſc. provincia vel præfectura) l. 12. C. Theod. ſ. de Extraord. muner:* tales ſuburbicariæ provinciæ erant quatuor: *Tuſcia ſuburbicaria, Picenum ſuburbicarium, Valeria, & Regio Latina.* Et quicquid in illis quatuor diſtrictib9, ſeu intra lapides illos centeſimos contingebat, ad præfectum urbis ſpectabat, qui de illo judicabat, & uti in urbe, ita & in illis ſuburbicariis relegare atque interdicere poterat. *l. 1. §. 4. π. de offic. præf. urb.* vid. Nobiliſſ. D. Adamus Cortrejus Syndicus patriæ meæ ſpectatiſſimus *in diſſertat. de centum lapidibus urbicariis, habita ſub præſidio D. Strauchii. ad h. l. 1. π. de off. præf. urb. §. 4.*

THES. XI.

Neque credo, in omni antiquitate apud ullas gentes plura de negocio terminali conſtituta ac promulgata eſſe, quàm apud ipſos Romanos. Qui inprimis poſſeſſiones privatorum ita diſtinguere ſatagebant. Hinc tàm multas in corpore noſtro de-

prehendimus Conſtitutiones,tam infinitæ extant leges Agrariæ, præcipuè Apuleja, Caſſia, Flaminia, Flavia, Julia, (quam *Cicero ad Atticum* Campanam vocat:) Licinia,Livia, Plotia & Flavia, Scribonia,Sempronia, Servilia, Thoria, Titia. *De Limitibus* Cornelia, Julia, & Sempronia, Mamilia, vel,uti alii legunt, Manilia (quamvis priorem lectionem præferendam dicat Dionyſ. Gothofred. *in not. ad l. 5. C. fin. regund*) *De Terminis* Alliena, Fabia, Peducia &c. leguntur quoque in urbe ratione vicinarum domorum legitima ſpatia tam in *lege XII.Tabb.*quàm etiam in aliis legibus Digeſtorum & Codicis præſcripta, quæ ab ædificantibus inturbata relinqui debebant ſub pœnâ graviſſimâ, ut quicquid contra illum modum a legibus præſcriptum ædificatum fuerit,deſtrueretur. *vid.l. 9.l. 11. in fin. C.de ædif. privat.*

Thes. XII.

Nec eſt,quod dicamus ab hiſce legibus hodie ubique fermè in imperio noſtro receſſum eſſe, dum ubique ferme contigua ædificia deprehendere in urbibus liceat. Aſt licet fateri neceſſū habeamus, leges illas Juris civilis *in plerisque* rebuspublicis uſu non adeo omnes eſſe receptas, nihilominus tamen ipſa interſtitiorum materia penitus non ceſſat, ſed adhuc hodie in benè ordinatis civitatibus frequentes hâc de re conſtitutiones, ſtatuta ac conſuetudines deprehenduntur, vid Magnif. D. Struv. *Synt. Jur. Civ. Ex 39. th. 5.*

Thes. XIII.

Quidnam autem impulerint Legumlatores ad determinanda talia interſtitia, facilè poteſt colligi: ſcil: (I) *Pacis ac ſecuritatis publicæ conſervatio.* Plurimum enim intereſt reipublicæ, ut certi tam in urbe quàm in agris ſint conſtituti poſſeſſionum termini,eo namque modo multæ diſcordiæ, rixæ ac infinitæ lites præcaventur. Finales & Agrariæ quæſtiones Rempublicam Romanam perpetuo ac periculoſo motu vexarunt, Livius *lib. 6. ab U. C. cap. 11. & lib. 2. c. 41.* Ac hodienum de litibus, quæ circa ædificiorum extructionem ac reparationem aluntur ac in infinitum ſæpius protrahuntur, omnes Scabinatus, Curiæ ac Dicaſteria

ſteria teſtes ſunt locupletiſſimi. (II) vel maximè *in urbanis prædiis incendiorum*, quæ inter contigua ædificia facilius oriuntur, ægriusque caveri aut extingui poſſunt, *depulſio*. Hinc Romanæ inſulæ (*h.e.* ædificia proprio ſuo ambitu conſtantia) ut tutiores eſſent ab incendiis, Neronem, poſt ingentem illam cladem, quæ urbi ex incendio acciderat, conſtituiſſe refert Tacitus *lib. 15. Annal. cap. 43.* ne communione parietum uterentur cives, ſed propriis quæque domus muris ambiretur. Verba Taciti ſunt: *Ceterum urbis quæ domus ſupererant, non, ut poſt gallica incendia, nulla diſtinctione nec paſſim erectæ; ſed dimenſis vicorum ordinibus & latis viarum ſpatiis cohibitâ ædificiorum altitudine, ac patefactis areis, additisque porticibus, quæ frontem inſularum protegerent.*

THES. XIV.

His Inſulis certi erant præpoſiti cuſtodes, exinde *inſularii* dicti, qui fundum vel ædes etiam invito uſufructuario vel uſuario, Domino proprietatis ita volente poterant cuſtodire *l. ſi ita legatur 16. §. 1. π. de uſu & habitat. l. ult. π. de off. præf. vigil. l. 5. §. 1. π. de inſtitor. act. l. 166. & 203. π. de V. S.* nec non præfectus vigilum, cujus officium erat, ut cum ſeptem cohortibus harumque tribunis, ob ſecuritatem tàm diurnam, quàm nocturnam vigilaret, & incendia, effracturas & tumultus averteret *l. 3. §. 1. & ſeqq. & l. 4. π. de off. præf. vig.* DN. D. Struv. *Synt. J. Civ. Exerc. 4. th. 27.*

THES. XV.

Materia ſeu *ſubjectum* interſtitiorum ſunt ipſa prædia, ſeu fundi, h.e. poſſeſſiones rerum immobilium. Quæ diſtinguuntur in *Urbana* & *Ruſtica*. *Prædia Urbana* ſunt, quorum uſus eſt urbanus. Dn. Struv. *Jurispr. Rom. German Forenſ. l. 2. tit. 3. th 3.* & talia ſunt ædificia omnia, ad inhabitandum, commercia exercenda, vel penſionem recipiendam parata, ſive in urbe, ſive in agris ſint poſita *l. 1. π. Commun. Præd.* quoniam urbanum prædium non locus facit, ſed materia, non quidem *ex quâ*, quippe quæ & ruſticis & urbanis prædiis communis eſt, *Dn. Struv. Exerc. 13.*

 th.

th. 5. ſed *circa quam*, quæ ſcilicet in prædio illo tractatur, vel *ad quam* adhibetur *l. 108. d. V.S. Gedd. ad d. l.* quæ uno nomine dicitur *finis* ſeu uſus prædii, ad quem prædium illud deſtinatur. *l. 166. π. de V.S.* eſt verò finis ſeu uſus prædii urbani, ut magis ad inhabitandum, commercia exercenda, cuſtodiendum à furibus, raptoribus & aliis ſimilibus, nec non ad penſionem certam recipiendam ſit aptum ac deſtinatum, *Gœdd. ad leg. 180. π. de V. S. n. 4.* *Ruſtica prædia* ſunt, quæ uſum habent ruſticum, ut ſunt ipſi agri, vel fundi, item ædificia, quæ ſunt extructa pro rebus, quæ in rei ruſticæ fructu ſunt, & quæ pecorum cogendorum, fructuum percipiendorum & reponendorum gratiâ facta ſunt, quæ ſpeciali villæ vel tugurii nomine veniunt *l. 27. & l. 166. l. 180.* ff. *de V. S. Dn. Struv. Exerc. 13. th. 5.* ſive ſint in urbe, ſive extra urbem; cum qualitas ſeu determinatio prædii ruſtici & urbani non a loco, ſed a fine & genere uſus deſumenda ſit, *l. 198 π. de V. S. Johan. Schneidevv. ad rubr. Inſt. de Servitut ruſtic. & urb. præd. n. 7.*

THES. XVI.

Nec obſtat ſupra dictis, quòd ex generalitate §. *1. Inſt. de Servit prædior. ruſtic. & urb. ibi: ædificia omnia urbana prædia appellamus, etiamſi in villâ ædificata ſint, Donellus 11. Comment 4. & Bachov. ad dict* §. concludere volunt; in denominatione Servitutum omnia ædificia, licet recondendorum fructuum gratia extructa ſint, pro urbanis haberi. Hoc enim â mente Imperatoris noſtri alienum eſſe apparet ex aliis multis juris textibus ſupra allegat: ex quibus breviter colligimus vocem *omnia* in *d.* §. non abſolutè ac ſimpliciter, ſed reſtrictivè ſaltem adhiberi, ut ſcilicet reſtringamus eam ad omnia iſta ædificia, quæ uſum urbanum habent, ea enim, ſive in urbe, ſive in agris poſita ſint, urbanorum prædiorum nomine venire ſupra diximus; & hanc ſententiam ſequitur D. Struv. *in diſſert. de Ædificiis privatis th. 14. Wilhelm. Ludvvel. in comm. ad tit. Inſt. de Servit. prædiorum* §. *1.* His quoque accedit, quod ſæpiſſimè textus Juris noſtri generaliter loqui videantur, qui tamen cum reſtrictione ac limitatione quadam ſunt accipiendi: ſic in *leg. 180. π. de V. S.*

Pom-

Pomponius ſcribit: Tugurii appellatione omne ædificium ruſticum contineri; quod tamen rectè reſtringitur ad illud ſaltem ædificium ruſticum, quod ruſticæ magis, quàm urbanæ cuſtodiæ ſervit, nec urbani ædificii formam habet. vid. Goedd. *ad d. l. 180. n. 5.* quâ limitatione adhibitâ, villæ, caſæ, ſtabularia, prætoria, ſeu illæ villæ partes, quas domini, quando ruri ſunt, ipſi inhabitare ſolent (villæ enim tres partes erant apud Romanos teſte Columella *ſcil. Prætorium* ſive villa urbana, *Villa ruſtica*, in quâ erat colonus, & *Villa fructuaria*, in quam condebantur fructus, *vid. Sueton. in Caligula*) excluduntur, tugurii appellatione, cùm ea parietibus ſolidis, lateratiis & ſimilibus clauſa ſint, ut formam magis urbani ædificii referant. vid. Goedd. *d. l.*

THES. XVII.

Offert ſe hoc loco non ignobilis quæſtio, quid ſentiendum ſit de *prædiis ſuburbanis*, quorum in jure noſtro ſæpiſſimè fit mentio, *l. 1. π. de reb. eor. qui ſub tutel.* l. 1. *l. 4. l. 5. 6. & 16 de pr. min. non alien.* Putant nonnulli ſuburbana prædia eſſe ea prædia, quæ in vicinia urbis ſita ſunt; quo ſenſu de terrâ genitali Auguſti dixit Suetonius in *Auguſto n. 6. Nutrimentorum ejus oſtenditur adhuc locus in avico ſuburbano. & Cic. lib. 2. de divinat.* agrum ſuburbanum, & *in oratione pro S. Roſcio. Amerino* Rus amœnum ac ſuburbanum dixit. Alii verò intelligunt hoc de prædiis ſuburbicariis, *h. e.* illis, quæ in ſuburbiis ſunt, qualia ſunt ædificia, quæ extra urbem habentur, urbi tamen adjacentia atque connexa *l. 6. π. de procurat.* D. Georg Marsman *Milioloℊ. cap. 8. membr. I.* item horrea urbi juncta, & horti ſuburbani, die Scheuren/Gärten und Fürwege vor der Stadt/ vid. Dn. Ahasv. Fritſch. *de Jur. ſuburbior. cap. 3. n. 3.* Sed utramque ſententiam evertit *d. l. ſi prædium 16. C. de præd. min.* in hac enim lege Divi Impp. Dioclet. & Maximianus conſtanter aſſerunt, *ſuburbana prædia, non minùs quàm ruſtica ab urbanis prædiis non loco, ſed qualitate diſtingui.* Putamus ergo ſuburbana prædia eſſe illa, quæ promiſcuum habent uſum, ſcilicet & *urbanum* & *ruſticum*, ita tamen, ut in illis magis appareat uſus ruſticus, quam urbanus. Notum enim eſt, vocis *ſub* in compoſitis eam plerumque naturam eſſe, ut deminutionem aliquam vo-

cum ſimplicium importet, earumque ſignificationem molliat, veluti dicimus: ſubdubito, ſubiraſcor, ſubſervio &c. ſic quoque in hoc vocabulo τῦ *ſub* ſignificationem τῦ *urbani* quodammodo temperat, ut importet ſignificationem talis prædii, quod equidem planè urbanum eſſe non dicimus, interim aliquo modo urbanum eſſe concedimus, propter uſum urbanum, quem in illo deprehendimus, cui ipſi tamen uſui urbano ruſticus præponderat, ut urbanum fermè abſorbere videatur. Talia ſuburbana prædia dicere poſſumus pomaria, arbuſta, nemora, hortos ſativos, quæ omnia utrumq; uſum, & urbanum, & ruſticum, præcipuè tamen ruſticum habent, cum magis ad utilitatem atque cultum quàm ad voluptatē aut amœnitatem inſtituta ſint. Hinc meritò ad ruſtica prædia ſuburbana quoque referimus, ut novam aliquam ſpeciem prædiorum conſtituere haut ſit opus; mixta quippe ſub ſimplicibus continentur, & â potiori facienda eſt denominatio. Idq; hanc noſtram ſententiam confirmat, quòd in *d. l. 16. C. de reb. min.* urbanum & ſuburbanum prædiū ſibi invicē opponantur, & quod ruſticum & ſuburbanum prædium conjunctim in legibus poſita deprehendantur, uti evolventi clarius id pateſcet *vid. l. 1. π. de reb. cor. qui ſub tutel. vel cur. l. 4. l. 5. & d. l. 16. C. de præd. & aliis reb. minor. non alienand.*

Thes. XVIII.

Ex hâc prædiorum diviſione Servitutes reales quoque in *urbanas* ac *ruſticas* diſtinguuntur *l. 1. π. de Servit.* & urbana Servitus dicitur, quæ urbano, ruſtica verò quæ ruſtico prædio debetur, prout vel in ſuperficie vel in ſolo, id eſt. ædibus aut fundo conſiſtunt. *l. 3. π. de Servit l. 13. π. de ſervit. ruſt. præd. Heigius ad tit. Inſt. de ſervitut. urb. præd. n. 10. Bartholom. Cæpolla de Servit. urb. præd. cap. 11. & cap. 19.* ruſticam enim vel urbanam eſſe aliquam ſervitutem non ineſt ipſi ſervituti, ſed illam denominationem extrinſecè accipit à prædio dominante cui ſervit, *l. 2. & l. 34. de S. R. P. l. 198. ibi. horti &c. π. de V. S. l. 14. l. 20. §. 1. de S. U. P. l. 11. §. 1. de publ. in rem act. Timæus Fabrott: ad Inſt. diſp. 15. th. 3. Hillig in Donell. enucl. 11. comm. 4. lit. d. Goedd. ad. l. 198. π. de V. S. Schneidevv. ad princ. Inſt. de S. R. P. n. 8. Dn. Struv. exerc. 13. th. 7. n. 3.*

Thes.

THES. XIX.

Hæc quoad materiam dicta ſufficiant; Tranſeamus ad *Formam* interſtitiorum, quæ eſt illud ipſum determinatum & circumſcriptum ſpacium ſeu intervallum, quod tàm in ruſticis quàm urbanis prædiis relinqui debet. De his, ſcil. *ædificiis*, primùm videamus. Vocem ædificii hoc loco ſumimus pro domo, quæ ad inhabitandum ordinata eſt *l. 4. §. 5. ff. de damn. infect. l. 1. §. 9. de his qui dejec.* conſtans ex ſolo & ſuperficie *l. 23. pr. de uſurpat. & uſucap. h. e.* tecto, atrio, porticu, aditu, cameris, parietibus, oſtio, & ſimilibus l. *rerum mixtura 30. pr. ff. de uſurp. & uſuc. l. ſolum 49. ff. de R. V. Barthol. Cæpoll. de S. U. P. c. 11. n. 2. Rimin. Jun. conſ.* 784. n. 6. appellatur etiam ædes in ſingulari *l. arte 3. C. locati l. 1. §. 37. in fin. & l. ei. 5. in fin. ff. depoſit.* quamvis hunc loquendi morem ceu barbarum improbet *Laurentius Valla cap. 95* quem tamen ſatis feliciter refutat locus *Ciceronis in orat pro A. Cluentio* ibi: *in æde T. Annii* &c. &. *Curtii lib. 5. hiſtor. ibi: ſtabant proximi in foribus ædis.* &c. Notandum verò, quòd JCti uberioris elucidationis gratiâ ædem Deo dicatam plerumque non ſimpliciter, ſed cum additamento ſacram dicant, uti patet ex *l. æde ſacra 73. ff. de contr. empt. l. Si reus 73. de procurator l. ſtipulatio iſta 38. §. 25. de V. O. l. ſi in aliam 7. de off. proconſ. add. Frider. Pruckman de Regalibus cap. 1. n. 117. & ſeqq.*

THES. XX.

In ædificiis conſideranda tum eorum *extructio*, tùm etiam *refectio* ſeu *reparatio*. Extructio ædificiorum juris gent: eſſe dicitur *l. ex hoc jure 5. ff. de J & J.* homines enim cum primùm in ſpeluncis habitarent, aut ſylvas incolerent, poſtea cœperunt alii tuguria de fronde arundinibusque contexere: ut deinde tamẽ non ſolùm humiles caſas, ſed & ampliſſimas ædes fundairnt. *Ernſt. Cothman. Vol. 2. reſp. 93. n.* 32. hinc ædificare cuilibet liberum eſt, atque ad novas ædes extruendas nemo tenetur, niſi Curialis, hic enim invitus etiam ſuas ædes ruinoſas non tantùm reparare, ſed & ſi nullas intra civitatem habeat, de novò exſtruere cogitur. *l. 8. C. de ædif. priv.* Senatores municipiorum fixas ſedes habere oportet *Dn. Brunneman. ad d. l. 8. n. 6.* cum habenti propriam

priam domum magis credatur curæ eſſe bonum publicum *JCtiſſimus D. Heinricus Balthaſar Roth. Anteceſſ. excellentiſſ. in diſſertat. de domo cujusque propria cap. 4. n. 4.* quod & ſtatutis plurimorum locorum cavetur *Perez. ad tit. C. de ædif. priv. n. 1.* alii verò qui non ſunt in officio publico conſtituti, ædes novas non extruere, *d. l. 8. C. de ædif. priv* ruinoſas tamen reparare tenentur *l. 48. π. de damn. infect. Klock. de contribut. cap. 9. n. 24.* ne civitas aſpectu deformetur *l. 46. π. de damn. infect. l. 7. de offi. præſid. l. 4. C. de jure reipubl.* ſi tamen domus ad aream usque deſtructa ſit, non tenetur dominus reædificare *l. 8. C. de ædif. priv, & ibid. gloſſ.* non enim eſſet refectio, ſed nova ædificatio *arg. l. 1. §. 12. π. de nov. oper. nunc. vid. Cœpoll. de S. U. P. cap. 59. n. 2. Schrader. de feudis p. 2. c. 3. n. 44. & ſeqq. Oldendorp. claſ. 5. 3. act. 7. in defenſ. Rei. n. 6. Brunnem. ad l. 8. C. de ædif. priv. n. 7. Döring. in Bibliothec. JCtorum voce ædificium n. 135.*

Thes. XXI.

Forma dat eſſe rei, adeoque etiam ædificium non niſi totâ ormâ abſolutâ conſtituitur *l. 5. §. opere locato l. ædificia § perfeciſſe. de V. S.* Modus ædificandi præcipuè continet *Ornatum*, *Altitudinem*, *Latitudinem* & *Diſtantiam* ædificiorum ab adjacentibus. De prioribus jam agendi locus non eſt; ultima potius ſpecies, tanquam materiæ noſtræ propria, eligenda nobis venit. Ubi ſciendum eſt, interſtitia in legibus Romanis determinari ædificiorum ſolo & reb9 adjacentibus. Res autem illæ vel in patrimonio ſunt, vel extra patrimonium *pr. Inſt. de R. D. l. 1. ff. de uſufr. legat.* Extra patrimonium ſunt Res communes, publicæ, univerſitatis & nullius, eæque ſacræ, religioſæ & ſanctæ *princ.* & §. *ſeqq. Inſt. de R.* Dn. Struv *Iprud. forens. lib. 2. tit. 1. th. 1. & ſeqq.* Ludvv. *Ex 4. th. 1. & 2.* circa ſingulas certa ædificantibus præſcripta ſunt ſpacia, quæ ordine perſequemur.

Thes. XXII.

In patrimonio ſunt res ſingulorum, ſeu quæ à ſingulis rectè poſſidentur, & jure gentium vel civili acquiſitæ ſunt. *pr. & §. 11. Inſt. de R. Diviſ.* & argument. *l. 23. π. de rei vindic.* Tales hîc ſunt res corporales immobiles. Eminent inter eas (1) ipſa ædifi-

ædificia. De his Imperatores Antoninus & Verus Auguſti reſcripſerunt: *in area, quæ nulli ſervitutem debet poſſe dominum vel alium voluntate ejus ædificare, intermiſſo legitimo ſpacio à vicini inſu â. l. 14 π. de Serv. urb. præd.* Quantum autem ſpacium inter urbana ædificia ſeu domus jure Romano relinquendum fuerit, de eo variant jura ac diverſæ ſunt DD. ſententiæ. *Cujacius lib. 1. obſerv. cap. 4.* ita ſcribit: *de eo, quantum à vicini inſulâ ſpacii intereſſe debeat, nihil habeo quod proferre poſſim, præter id quod Sextus Pompejus ſcribit, inter vicinorum ædificia ambitum appellari locum duorum pedum & ſemipedis ad circumeundi facultatem relictum; quod ad hanc rem explicandam ſatis eſſe puto.*

THES. XXIII.

Sciendum igitur, initio urbis Romæ, cùm nondum adeò aucta eſſet reſpubl. Romanos non tam contiguas ædes exſtruxiſſe, quales nos hodie habemus, ſed plerumque ſeparatas domus ad formam inſularum inhabitaſſe, quas propriis ſuis muris circumducebant. *vid. Brechæus ad tit. ff. de V. S. n. 2.* non ſecùs ac de antiquis germanis narrat *Tacitus de moribus german. c. 16. n. 2.* ibi: *Vicos germani locant non in noſtrum morem connexis & cohærentibus ædificiis: Suam quisq; domum ſpacio circumdat, ſive adverſus caſus ignis remedium, ſive inſcitiâ ædificandi.* & de Babylone *Curtius l. 5. c. 1.* teſtis eſt, *ædificia ibidem in urbe non eſſe continua, quia tutius viſum pluribus locis ſpargi.* Hæc ædificia communiter dicebantur *inſulæ*, ad ſimilitudinem inſularum in mari: quod ſicút inſulæ in mari ſunt loca undique cincta undisque diſcreta â continentibus: ita & domus iſtæ certo ſpacio à reliquis adjacentibus ædificiis erant ſeparatæ propriisque muris ac parietibus undique cinctæ erant, idque præcipuè mercium importandarum & exportandarum cauſâ, quò Inſulæ poſſint ambiri ſeu circum iri, & merces in illis repoſitæ ab incendiis, furibus, incurſionibus & effractionibus nocturnis tutiores ac ſecuriores eſſent. *l. 3 §. effractura π. de offic. præf. vig. l. imperatores 14. π. de ſervit. urb. præd. l. ſi. inſulam 84. ibique interpp. π. de V. O. l. inſulam. 6. π. de praeſcr. verb. l. prædiis 91. §. 6. ff. de legat. 3. l. 1. §. proinde π. de vi & vi arm.* neque obſtat, quòd dicitur *in l. 13. princ. π. de S. U. P.* Inſulæ parietem communem eſſe; nam nihil vetat comunẽ eſſe parietem Inſulæ, etiamſi inſula vicino ædificio

 non

non ſit connexa. vid. *Cujac. 1. obſ. 4. Dionyſ. Gothofred. ad l. 15. §. 14. π. de damn. infect. lit. b.* Vocabantur etiam illæ domus alio nomine *Portus* à portandis mercibus, hinc portus per Synecdochen in lege XII. Tabb pro quâlibet domo dici, autor eſt *Feſtus*. & Ulpianus in *l. 59. π. de V. S.* inquit *portus appellatus eſt concluſus locus, quo importantur merces & inde exportantur; eaque nihilominus ſtatio eſt concluſa, atque munita, inde angiportum dictum.* Quò ſpectat illa lex XII. Tabb. *cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum evagulatum ito.* vid. *Liv. lib. 2. ab U. C. & Gœdd: ad l. 50. π. de V. S.*

Thes. XXIV.

Hoc ipſum ſpatium, quod inter inſulas ad circumeundi facultatem relinquebatur, Romani *Ambitum* dicebant, ab ambiendo, quod totam inſulam ambiat. vid. Iſidorus *l. 15. Etymol. c. ult. Varro lib. 1. de lingu. lat. Cic. in topic. lib. 1. Feſtus in voce Ambitus* ejus menſura in latitudinem duo pedes erant cum ſemiſſe. *vid. Barnab. Briſon. lib. 1. antiquitat. cap. 2. Dionyſ. Gothofred. in not. ad l. 14. π. de S. P. U. lit. t. Gœdd. ad l. 50. π. de V. S. n. 6.* Quæ determinatio ex legg. XII. Tabb. veniſſe videtur, in illis enim pedem ſeſtertium pro duobus pedibus cum ſemiſſe poni teſtis eſt *Voluſianus in libro de aſſe Gothofred. d. l.* nam Seſtertii verbo veteres dupondium & ſemiſſem intellexiſſe aſſerit *Plinius lib. 3. c. 3 & Feſtus ibid.* hic pes ſeſtertius (qſ. ſemis tertius vel duo pedes cum ſemiſſe) ab ædificantibus intactus relinqui debebat. Verba decemviralia ex conjecturâ *Briſſoni l. 1. antiq. cap. 2.* hæc fuerunt:

Ambitus parietum ſeſtertius pes eſto.

vid. Gothofred. in fragmentis legum XII. tabb. *lib. 2. tit. 11. §. 6.*

Thes. XXV.

Pes *h. l.* eſt certum genus menſuræ, quô geometræ & artifices utuntur, & longitudo, latitudo & diſtantia, alicujus rei determinatur. *Johan. Oettinger. de Jure & controverſiis limitum lib. 1. cap. 14.* atque à geometris diſtinguitur in *vulgarem* & *geometricum.* Vulgarem non attendimus, geometricum verò, & quidem porrectum ſeu ſimplicem aſſumimus, qui eſt juſta pedis menſura, & vulgò dicitur Ein Schuemaß oder Werck-Schuch / atque ſuas certas uncias & digitos, in quos reſolvitur, habet. *vid. Hieronymus de Monte in tract. de finibus regundis cap. 26. n. 3.* Quot

verò

verò unciæ quotvè digiti pedem conficiant, diſcrepant geometræ atque pro diverſitate regionum, diverſos quoque pedes, Rhenanum, Vindelicum, Würtenbergicum &c. deprehendere licet, quod ipſum tamen graviter increpat *Jacob. Mejer in compendio geometrico practico pag. 3.* ibi: Was das Schuemaß anbelanget / iſt bekandt / daß kein Land noch Stadt ſey / die nicht ihr eigen Schuemaß oder Werck-Schuch habe / und iſt eben dißfals nichts ſchlimmer / daß nicht nur die Feldmeſſer / ſondern auch ein ieder Meiſter / welcher des Schuemaßes ſich gebräuchet / unterſchiedliche Schue / welche doch mit einander gar nicht überein kommen / haben. Welches denn nicht allein in Feldmeſſen / ſondern auch in allen meiſtentheils aber in den Bauweſen groſſe Irrungen / Fehler / und zum öfftern Geſpän verurſachet ꝛc. Nos unicuique loco ſuos pedes relinquimus, ſecundùm quos judicari ac incidentes controverſiæ decidi debent *Hieron. de Monte. d. l. n. 6. Zobel. ad* Landrecht. *lib. 3. art. 66. lit. b. in fin. Marsman. in Metrologiâ cap. 4.* eum verò præcipuè pedem inquirimus, qui juri Romano convenit atque præ cæteris ſatis accuratus eſſe videbitur; adjecturi quandoque quid in hac vel iſtâ provinciâ uſu veniat.

Thes. XXVI.

Romanum pedem *gloſſa in can. ſicut antiquitùs 17 qu. 4.* quindecim digitis conſtare aſſerit, cujus autoritatem ſecuti *Bartolus in gloſ. ad l. 3. π. de* [illegible] *Aber. in l. quinque pedum præſcriptione C. fin. regund. Joachim Mynſinger ad §. qui autem 16. Inſt. de Excuſ. tut. Schneidevv. ad §. datus 17. Inſt. d. t. Zobel. ad* Land R. *lib. 3. art. 66. lit. b.* ſeducti quoque fuerunt, & pedem XV. digitorum eſſe ſcripſerunt. Sed minùs rectè: in gloſsâ enim ex errore numeri hoc factum eſſe oſtendit D. *Marsman. d. l.* Placet nobis ſententia *Oettingeri lib. 1. cap. 14. in ἐκθέσει lit. c. Hieron. de Monte cap. 26. n. 3.* qui dicunt, pedis menſuram eſſe quatuor palmas minores, uncias duodecim & digitos ſedecim. *Palmam* quatuor digiti vel tres unciæ conficiunt, & dicitur germ. Eine Handbreit / vocaturque *minor* ut diſtinguatur à *majori*, qui eſt duodênum digitiorum germ. Eine Spanne / was man mit den Daumen und vordern Fingern erſpannen mag. *Oettinger d. l. lit. b. Uncia* pollicis latitudine terminatur germ. Ein Zoll oder Daumens Breite. Digitus

 vero

verò eſt digiti vulgaris menſura, quæ quatuor granis horde aceis abſolvitur ſo breit vier Gerſtenkörner ſeyn/ wenn ſie an einander liegen. vid. *Covarruv. lib. 2. variar. reſolut. tom. 2. cap. 20. n. 5. in med. cum ibidem allegatis*, quibus adde *Menochium de arbitrar. Jud. quæſt. lib. 2 centur. 1. caſu. 2. n. 12.* juxta vulgarem noſtrum menſurandi modum *pes* erit dimidium ulnæ Eine halbe Ele, ut ſic totum interſtitium ſeu pes ſeſtertius, qui apud Romanos ex lege XII. Tabb. inter Inſulas vicinas erat relinqvendus conſtiterit 10. palmis minoribus vel 30. unciis aut 40. digitis minoribus, ſummatim unâ ulnâ vulgari cum quadrante ulnæ, germ 10 gemeine Hände breit 30. Zoll 40. Finger oder Eine und eine viertel Elle *add. Marsman. d. l. Surdus conſil. 74. per tot.*

THES. XXVII.

De hoc legitimo ſpacio intelligenda eſt *l. 14. ff. de S. U. P.* vid. Godofred. *ad eandem lit. t.* ad cujus intellectum ex ipsâ lege cum *Ludovic. Melinâ de J. & J. tr. 2. D. 709. n. 1.* hanc formamus regulam: Unicuique licitum eſt in ſuo ædificare pro lubitu. Hinc (1.) poteſt quis ædes ſuas extollere etiam per impoſſibile, (uti demonſtrandæ facultatis gratiâ Dd. loqui amant) ad cœlum usque per text. *in l. altius 8. C. de Servit. & aquâ l. 24. ff. de S. P. U. l. ult. §. 4. ff. quod vi aut clam.* ædificandi quippe libertas ex jure gentium eſt *l. ex hoc jure S. ff. de J & J. Gail. 2. obſerv. 69. Grave concluſ. pract. cent. 1. concl. 69. Ernſt. Cothman Vol. 2. conſ. 93. n. 32. Andreas Rauchbar. quæſt. Jur. Civ. & Saxon. part. 2. qu. 27. n. 15.* & quicquid eſt ſupra ſolum, usque ad cœlum liberum eſſe debet *l. 1. in fin. pr. ff. de Servit. præd. urb.* ejus enim eſt cœlum, cujus eſt ſolum. *d. l. altius C. de Servit. Jaſon in l. ex hoc jure 5. ff. de J. & J. Cravetta conſ. 94. n. 2. Menoch. conſ. 165. n. 1. Modeſtin. Piſtoris conſ. 14. n. 5. vol. 5. Cæpoll. de S. U. P. cap. 39. n. 1.* Poteſt. (2) ampliare ædificium, ejus formam immutare, & ex rotundis quadrata efficere, quilibet enim rerum ſuarum moderator eſt ac arbiter. Cothm. *d. l. n. 60.* & in fin. *Pfeil. 2. conſ. 198.* poteſt (3) murali ambitu vallare ædificia *l. 10. C. de ædif. priv. Franciſc. Vivius dec. 493. n. 1. Dn. D. Stryk. in diſſert. de Jure Æmulationis cap. 2. n. 50.* Quæ ſupra dicta regula ampliatur, ut procedat, etiamſi quis longiſſimo tempore non ædificaverit, & area vel domus per mille annos

nos inædificata aut depreſſa ſteterit. *Schneidevvin. ad* §. *prædiorum 1. Inſt. d. S. U. P.* quoniam facultati ædificandi in ſuo non præſcribitur ullô tempore, *Gail. 2. obſ. 69. n. 9. Cæpoll. d. cap. 40. n. 1.* Cothman. *d conſ. n. 35.* vel etiam ita in ſuo ædificando alteri noceat; qui enim jure ſuo utitur, nemini injuriam facit *l. ſi donaturus 9. §. 1. π. de cond. cauſ. dat. l. merito 51. π. pro ſocio l. quo naufragium 3. §. quod ait prætor: 7. π. de incend. ruin. naufr. l. nullus videtur 55. & l. nihil dolo 129. π. de R. J. Cothman. d. l. n. 36. Andreas Rauchbar. part. 1. qu. 27. n. 1. n. 16.* dummodo non faciat animo principaliter nocendi *l. fluminum 24. §. fin. l. proculus 26. π. de damn. infect. Aymus Cravetta conſ. 49. n. 3. & conſ. 4. n. 2. Roland. à Valle conſ. 22. n. 2. vol 2. Weſenbec. conſ. 67. n. 20. & conſ. 12. n. 59.* nam ordinata caritas incipit à ſeipſâ *Dd. in l. præſes 6. C. de Servit. & aqu.* & licet unicuique ſibi vigilare, & conditionem ſuam meliorem facere, etiamſi per accidens alius damnum aliquod exinde patiatur *l. pupillo 24. π. quæ in fraud. credit. Petrus. Anton de Petrâ de Jure quæſito per Princip. non tollendo c. 32. qu. 5. n. 57. Johan. Vincent. Honded. vol. 1. conſ. 80. n. 14. Gail. d. obſ. 69. n. 10.* & ita Dnn. Scabini Hallenſes conſulenti M. M. zu Halle Menſ. April. Anno 1617. reſponderunt: Weil ein ieder vermöge natürlicher und aller Völcker Recht / auf dem ſeinigen nach ſeinen willen und wolgefallen / wenn es zu ſeinen Nutz und Vortheil / nicht aber aus einer æmulation und dem Nachbarn zum Verdruß geſchicht / ein gebäude auffzurichten befugt &c. So kan auch euer Nachbar euch an euren Gebäude / ungeachtet des angezogenen Schadens nicht hindern Quin imò licet expreſsè in ſtatutis fortè contineatur; Daß Niemand ſeinem Nachbarn zu nahe oder ſchaden bauen ſolte. damnum tamen, dum quis jure ſuo utitur, emergens non intelligi dicit *Mevius ad Jus Lubec. l. 3. Tit. 12. art. 7. n. 7. & 15.* nec conventionem, tale quid comprehendentem aliter accipiendam eſſe notat *Alber. de Roſat. in l. ſi manifeſt. 7. C. de Serv.* quia omnis conventio, eòque ſtatutum à Jure communi exorbitans ſtricti Juris eſt: *Mev. part. 5. dec. 1. n. 2.* ut hinc civiliter ex æquo & bono accipiendum ſit. *Mev. part. 7. dec. 77. n. 6.* Dn. Præſes. *in colleg. publ. ad. Reg. jur. 55. exempl. 3.*

THES. XXVIII.

Duæ verò hujus propoſitæ Regulæ in *d. lege* noſtrâ habentur

tur *Limitationes*,quarum Prima eſt: Si area nulli ſervitutem debeat. Ea enim eſt natuta ſervitutis; quod libertatem in re noſtrâ aliàs nobis competentem adimat, ita,ut ad alterius utilitatem aliquid in noſtro pati teneamur,vel non facere *l. 15. §. 1. π. de Servitut. Schneidevv. ad Rubr. Inſt. de S.P.U. n. 3.* ſi quid igitur contra ſervitutem ædibus meis debitam injurioſè exſtructum ſit, revocandum eſt à magiſtratu ad priſtinum ſtatum, damni etiam habitâ ratione *l. 15. C. de Servit. & aqu.* nulla tamen ſervitus præſumitur, ſed quodlibet prædium liberum manſiſſe creditur, donec contraria qualitas probetur. *l. altius 8. l. ſi in ædibus 9. cum ſeqq. C. de Servitut. Schneidvv. ad princ. Inſt. d. t. n. 4.*

Thes. XXIX.

Inter Servitutes urbanas, quæ quidem ad interſtitia noſtra ſpectare videntur, eminet I. Servitus *ſtillicidii avertendi ſeu recipiendi.* Et eſt Servitus urbana, quâ aquam pluviam ex vicini tecto cadentem in ædes vel aream noſtram decidere pati debemus, *Magnif. D. Struv. Jprud. Forenſ. lib. 2. tit. 4. §. 7.* absque hâc ſervitute conſtitutâ regulariter nemini licet divertere aquam ex ſuo ſtillicidio ſupra domum vel aream vicini, per text. in *l. 1. pr. π. de. S.U.P.* etiamſi gutta ex tecto noſtro decidens vicini tectum non attingat *l. 22. §. 4. π. quod vi aut clam. Connanus in comm. jur. civ. lib. 4. c. 10. n. 16.* quamvis enim in ſuo cuilibet, quâ velit formâ, ſive devexo, ſive plano tecto ædificare liceat, & ſtillicidii caſus naturalis ſit, ac proinde ut quodlibet naturæ incommodũ vicino videatur ferendũ; quemadmodum pati cogimur, ut aliquis altiùs in ſuo ædificando lumina noſtra obſcuret. *l. 9. C. de Servit. l. 9. π. de S.U.P. Schneidvv. ad §. prædiorum 1. Inſt. de Servitut. n. 23. Gothofred. ad l. 24. & 26. π. de damn. infect. Bened. Carpzov. deciſ. 108. n. 6. & ſequ.* hæc tamen in ſuo agendi aut ædificandi licentia eatenus intelligenda eſt, quatenus vicino directè non nocet *l. 1. §. 11. π. de aqua & aqu. pluv. arc. l. 8. §. 5. l. 17. §. fin. π. ſi Servit. vindic. l. 24. §. fin. ibique gl. ß. in fin. π. de damn. inf.* per ſtillicidium verò ex obverſâ tecti figurâ demanans vicino omnino nocetur, dum parietes ejus labefactantur aliaque deſuper incommoda ipſi attrahuntur, cum tamen ipſius domus vel area ab omni ſervitute debeat eſſe

libe-

libera usque ad cœlum *l. altius 8. C. de ſervit. l. π. de S.U. P. l. pen. §. 2. l. ult. §. 4. π. quod vi aut clam.* hinc obverſâ figurâ ædificantem cogi poſſe à vicino, ut per canales aquam ex tecto cadentem derivet per alium locum in ſuum ſolum aut ſtratam publicam ex *d. l. 1. π. de S.U.P.* concludit *Cæpoll. de S.U. P. cap. 28. n. 2.* Ubi notandum, quod in onere canalium ferendorum ille à ſumtibus canali reparando impendendis immunis ſit, cujus parieti canalis incumbit. daß derjenige von den Koſten des Legens frey ſey/ der die Rinne auff ſeinem Gebäude träget. Niſi canalis ita ſit poſitus intra duas domus, ut pari damno aut commodo utrique vicino ſit; tunc enim ex æquitate communis eſt & canalis communibus ſumtibus reficiendus, niſi adſit ſpeciale aliquod ſtatutum vid. *Beſold. in Theſaur. pract. lit. T. n. 1.* Imo nocumenti ex aquâ pluviâ accidentis jam tum in decemvirali lege rationem fuiſſe habitam, patet *ex l. 21. π. de ſtatu liber.* & de jure Saxonico expreſſe ſancitum, daß niemand mag ſeinen trauff hangen in eines andern Hoff *vid.* Landrecht *lib. 2. art. 49. in princ.* & Weichbild *art. 124.* ſervitute ſcil. non conſtituta *vid. gloß. ad d. art. 49. in princ.*

Thes. XXX.

Si quis igitur ſtillicidii jus in alterius domo vel areâ conſtitutum habet, merito illo ſuo jure uti frui debet: vicinus verò, cujus area vel domus ſervitutem debet, contra ſervitutem debitam ædificare non poteſt, ſed juſtè prohibetur *tot. tit. π. ſi ſervit. vind. §. 2. Inſt. de act. Carpzov. l. 1. Reſp. 69. & 70.* nec licet ei ibi ædificare, ubi ſtillicididium prædii dominantis cadit *l. 20. §. 3. π. de S. U.P.* ſed tantum ſpacium debet relinquere, quantum ſufficere poſſit, ut gutta ſeu ſtillicidium recte cadere & excipi poſſit *d. l. 20. § 6.* Hoc ſpacium ex *lege fin. π fin. reg.* ita determinat *Cæpoll. de S.U. P. cap. 8. n.* & ut ædificans murum juxta prædium dominans, cujus ſtillicidium forte per ſemipedem ſuper aream ædificantis cadit, ab hoc ſpacio ſemipedis, in quo ſtillicidium cadit, pedem unum, ſi verò domum erigere cupiat, duos pedes relinquere debeat, ne melior ſit conditio domini prædii ſervientis, quàm dominantis, quippè qui ædificando dictam legis fin. diſpoſitionem accuratiſſimè ſequi & obſervare tenetur. Atque hanc ſenten-

tiam veram eſſe, & ſecundùm eam Veronæ judicatum fuiſſe ibidem Cæpoll. aſſerit. Nos hâc in re ſufficere putamus, ſi tantum ſpacii in ædificando relinquatur, ut juxta *d. §. 6.* ſtillicidium prædii dominantis commodè cadere poſſit, neque ex tali ædificatione damnum aliquod emergere poſſit, quod quidem prudenti judicis arbitrio relinquimus, qui ex inſpectione oculari ſecundùm cujusque loci ſtatuta judicabit. Jure Mindano de hoc caſu ita diſpoſitum: Wenn einer einen Trupffenfall und Abfluß in eines andern Hoff oder Platz hat/iſt er billich darbey zu ſchützen/ da aber der Nachbar einen Giebel dargegen auffbauen wolte/ ſo ſoll er ſo viel weichen/ als das Loth von den Tropffen fall mit ſich bringet / daß derſelbe ohne Schaden vor den Giebel bequemlich niederfallen könne / wofern er aber ein Dach dahin ſetzen wolte / ſoll er mit ſeinen Tropffenfall weichen / ſo weit/daß der frey bleibe und der ſeine für des Nachbarn Tropffen nieder falle &c. vid. D. *Cruſius ad Jus Mindanum lib. 1. tit. 15. artic. 15.*

THES. XXXI.

Dubium hîc occurrit ex *dictâ leg. 20. π. de S. U. P.* ubi inter *§. 5.* qui abſolutè hoc negat & *§. 6.* qui limitatè ædificationem concedit, ſi ſcilicet ſtillicidium rectè excipiatur, pugna eſſe videtur. *Gloſſa in d. §. 5.* eatenus putat non licere areæ ſervienti inædificare, quatenus aut per hoc ſtillicidii caſus impediatur, aut ædificans nolit recipere ſtillicidium in ædificium ſuum alias caſurum. Et hanc mentem eſſe *d. §. 5.* Quod ſi verò ſtillicidium in illo ædificio recipi poſſit, nec ædificans id recipere renuat, poſſe eum ibi ædificare & ita intelligendum eſſe *§. 6. d. l.* At ipſa textuùm inſpectio accuratiorem reſponſionem ſubminiſtrat. Diverſi enim in dictis §§. caſus apparent: aut enim Servitus ſtillicidii ita quæſita eſt, ut in aream ſive ſolum omni ædificio vacuum cadat aqua; aut ita, ut tectó vicini excipiatur, neque ad ſolum deveniat. Priori caſu, aream, in quâ caſitare coepit ſtillicidium, ædificio occupare non licet, etiamſi in ædificio ſtillicidium recipere velim, quia qualitas loci immutatur, quæ in ſervitutibus vel maximè inſpicienda eſt. & de hoc caſu *d. §. 5.* loquitur. Poſteriori caſu, ſi ſtillicidium in tecto alterius exci-

pia-

piatur, tunc ſi ædificium ſerviens ſit depreſſius, ſupra ædificare *h. e.* altius tollere ædificium in §. 6. permittitur, dum tamen ſtillicidium rectè recipiatur, nec alteri prædio nocumento ſit, & hanc ſententiam confirmat *Cœpoll. d. cap. 28. n. 7.* cui adſtipulatur *David Mevius ad jus Lubec. lib. 3. tit. 12. art. 8. n. 3.*

THES. XXXII.

Is quoque, cui competit ſtillicidium in alterius areâ, mutare illud non poteſt: ſic ſi gutta ejus in vicini aream cadat per unum pedem, tectum ſuum producere aut extendere non poteſt, ut ſtillicidium cadat per duos pedes, quoniam tunc in alienum videtur immittere, dum ſtillicidium cadit in alio loco, quàm in quo ſervitus poſita eſt, atque hoc modo durior fit ſervitus & deterior ſervientis conditio, dum locus areæ ſuæ liber, quem pedem ſaltem concedendo ſibi reſervavit, gravatur *l. 20. §. 5. π. de S. P. U.* & ita in Patriâ mea judicavit Ampliſſ. Senatus den 18 Auguſti Anno 1663. in Sachen Herrn D. S. und H. K. verb. ſent. Daß beklagter / die auff ſeine Windbret genagelte Schindeln entweder weg zuthun / oder denen Wetterbretern gleich weg zuſchneiden / ingleichen die von ſeinem Dache herabgemachte küpfferne Röhre dem bleye nach richten zu laſſen ſchuldig. Retroducere tamen atque in anguſtius ſpacium ſtillicidium cogere poteſt, tunc enim magis incipit in ſuo cadere, ut *h. m.* lenior fiat ſervitus & melior ſervientis conditio *d. l. 20. §. 5. Cœpoll. d. l. n. 4.*

THES. XXXIII.

Hoc ipſum quoque in ſolo publico locum habet, quippè quod regulariter non minùs quam privatum liberum eſſe debet. *l. ult. §. pen. π. quod vi aut clam. l. 2. §. 35. π. ne quid in loc. publ.* unde nec in publicam plateam ſtillicidium avertere licebit, *arg. l. 17. π. de aqua & aqu. pluv. arc.* niſi id loci ſtatutum ſit, aut conſuetudo, uti ubique ferè fit *Cæpoll. de S. U. P. cap. 42. n. 3. in fin.* aut ſuperioris nempe Principis vel Magiſtratus Indulgentia permittat, quæ ipſa tamen permiſſio ſecundùm modum præſcriptum aut conſuetudinarium obſervanda eſt *per leg. 1. C. de ædif. priv. l. 11. π. de S. U. P. junctâ utrobique gloſſ. l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. l. 3. C. de ædif. priv. l. 3. §. π. quod vi aut clam.* neque intelligenda

cum præjudicio alterius, ſed quatenus ſine tertii damno aut injuriâ cujuſdam ſtillicidium in publicum poſſit averti *l. 2. §. 10. & 16. π. ne quid in loc. publ. l. 14. §. 2. π. de Servitut. l. 4. C. de emancip. liber.* Princeps enim non cenſetur alicui velle afferre præjudicium, quoniam legibus ſe ſubjectum profitetur in *l. digna vox 4. C. de legg. vid. Carol. Tapia ad Rubric. π. de conſtit. princ. c. 2. n. 1. Carpzov. Jprud. Forenſ. p. 2. conſt. 33. def. 16. n. 3. & p. 3. conſt. 31. def. 13. n. 7. Petrus Anton. de Petra de jur. quaſit. per princ. non tollend. cap. 24. n. 237.* Ponamus caſum: T. ædificat ad plateam publicam ita ut ſtillicidium ejus cadat per unum pedem in plateam. Vicinus ejus C. penum habet ſubterraneum ibidem, & ex ſolo publico recipit lumen per feneſtram ferro munitam. T. ſtillicidium ſuum latius extendere aut protrahere non poteſt, ne aqua pluvia decidat in penum C. cum magno penus detrimento & ſic deterior reddatur ipſius C. conditio *d. l. 2. §. 16. π. ne quid in loco publ. vid. Cæpoll. de S. U. P. cap. 42. n. 5. in fin.*

Thes. XXXIV.

II. Servitus urbana eſt *ſervitus protegendi*, quâ ſupra alienam domum vel aream ædificatum aliquod provehitur, ita, ut nusquam in vicini ædibus requieſcat *l. 20. pr. π. de S. P. U. l. 29. §. 1. π. ad L. Aquil.* protectum enim eſt id quod projicitur ſeu producitur ultra domum ædificantis ſupra ſolum vel domum vicini, ut tamen in eâ non requieſcat aut ſuſtineatur, ſed quaſi ſuſpenſum ædificio cohæreat, quo ipſo ſervitus hæc differt ab immiſſo, cùm hoc in aliquo loco requieſcat *l. 242. §. 1. π. de V. S.* Talia ſunt *meniana*, quæ apud Romanos extra ædes protendebantur, ut eſſent loca, in quibus ſpectantes inſiſterent, quæ & alio nomine *ſolaria* dicuntur, quia ſoli patent, Veteres enim Romani in his locis apricari ſolebant, *vid. Barn. Briſſon. ſelect. antiquit. lib. 12. & 18. & Calvinus in lexic. Jurid. voc. ſolaria.* Germanicè dicuntur die Aercker oder Ausſicht. & *Suggrundia*, quæ ſunt reliqua projecta omnia, quæ vel in tecto vel quâlibet aliâ parte ædium ſunt, non ſolùm proſpiciendi, ſed & ſtillicidii avertendi causâ facta, ut ſunt die Fürtächer oder Wetterbreter. De his ſciendum, regulariter nemini licere in ſuo aliquid ædificare, quod ſupra ſolum vicini promineat, etiamſi vicini parietem non attingat, vel

vel in ſolo ejus non requieſcat *arg. l. ult. ff. quod vi aut clam.* quia ſolum vicini non ſecus ac publicum liberum eſſe debet usque ad coelum *l. 1. princ. ff. de S. P. U. l. altius 8. C. de Servit. & aqu.* Hinc Imperatores Honorius & Theodoſius conſtituerunt, ut meniana olim jamdum conſtructa, ſive etiam impoſterum conſtruenda in provinciis inter ſe invicem *per decem pedes* liberi aëris ſpacium haberent: in iis verò locis, in quibus ædificia privatorum horreis publicis eſſent objecta obſtructione menianorum, *quindecim pedum* intervalla ſervarentur. *l. ii. C. de ædif. priv.* ſi verò locus ſit anguſtus, ut plus *10. pedibus* in latitudine non comprehendat, planè prohibentur meniana *l. 12. §. 5. in fin. C. de ædif. priv.* ſi quis igitur ædificium ſuum protegendo extrà dictum interſtitium vicini aream injuſtè occupaverit, propriâ quidem autoritate vicinus ædificatum deſtruere non poteſt, cum protegente tamen in judicio agere valet, jus ipſi non eſſe protectum ibidem habere. *l. 29. §. 1. ff. ad leg. Aquil.* ſecus tamen erit, ſi ſervitus areæ ſit impoſita, tunc enim dominus prædii dominantis jure ſuo uti & meniana habere poteſt. *vid. Cæpoll. de S. P. U. cap. 32. n. 2.* Cœterùm, quousque hodie protecta in viâ vel platea publicâ habere liceat, conſuetudine & ſtatutis locorum determinari debet *Nicolaus Valla de reb. dub. tract. 8. n. 2. Cæpoll. de S. P. U. cap. 32. n. 5. in fin.* add. de Jure Lubecenſi, quid ibidem obtineat, *Mev. lib. 3. tit. 12. art. 13.* Suggrundia quilibet in domo ſuâ habere atque certis aſſeribus, vulgò Windbret oder Wetterdächer domum à cœli tempeſtatibus ac pluviis defendere poteſt, ita tamen, ut exinde vicino nullum exoriatur damnum. Hinc aſſeribus iſtis tegulas ſuper imponere non poteſt, ut ſtillicidium à ſuo pariete eò latius cadat, ſi in vicini parietis detrimentum fiat, uti de ſtillicidio in præcedente theſi 31 circa finem reſponſum pro hâc ſententiâ retulimus. ibi: daß Beklagter die auf ſeine Windbreter genagelte Schindeln entweder weg zu thun / oder denen Wetterbretern gleich weg zuſchneiden ſchuldig.

THES. XXXV.

III. Species urbanarum ſervitutum dicitur *Servitus ne luminibus officiatur*: Ad cujus intellectum ſciendum eſt, quod quilibet

bet ædificando poſſit obſcurare cœlum ſeu lumina vicini *l. cum eo 9. & l. 16. π. de S. P. U.* fruſtra æmulationem opponente vicino, modò ſua hoc modo promoveatur utilitas *l. ſi in ædibus 9. C. de ſervit. Anton. Faber. in ration. ad l. qui luminibus* 11. *§. 1. π. de S. P. U. Menoch. Arbitr. Jud. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſ. 156. Molina de J. & J. Tract. 2. diſp. 729. n. 1.* niſi ſervitus ſit impoſita, *Gail. 2. obſ. 69. n.* 10. & actum, ne obſcuret vel minuat lumina ædium vicini, ſive altius velit tollere ædificium, ſive deprimere *Magnif. D. Struv. Synt. S. J. C. exerc. 13. th. 13.* etiamſi legitimò ſpacio à vicini domo diſtet ædificium *l. 4. de S. P. U. Cæpoll. d. l. cap. 36.* ſic nec arborem in areâ noſtrâ ponere licet, ut lumini vicini officiat, nam & arbor efficit, quò minus cœlum videri poſſit, *l. ſi arborem 17. π. de S. P. U.* ſolem tamen ædificando vel arborem plantando aufferens, contra ſervitutem ne luminibus officiatur facere non videtur, dummodo lumen non impediat, aut ſol in loco non ſit neceſſarius, ſed gratum forte erat ſolem ibi non eſſe *d. l. 17. in princ. π. de S. P. U. Cæpoll. cap. 36. n. 5.* hinc olea, aut ficus ab alieno prædio per *novem pedes*, cœteras verò arbores *quinque pedibus* diſtare debent. *l. fin. π. fin. reg.*

THES. XXXVI.

Idem quoque dicendum IV. *de Servitute ne proſpectui officiatur*, hâc enim qui gravatur, in ſuo ædificare aut quicquam facere non poteſt, quod libero qvaquaverſum proſpectui poſſit officere, adeoque nec protecta in ſuo facere, neque etiam quovis alio modo domum ſuam dilatare poteſt *l. 15. π. de S. P. U.* proſpectus enim non ſolùm debetur ex parte ædium ſuperiori, ut cœlum videre queam, ſed etiam ex terra & inferioribus. *l. 16. π. de S. P. U.* quod procedit, inprimis ſi in genere neque habito reſpectu ad certum locum proſpectus debeatur, *Cæpoll. c. 33. & 34.* De proſpectu elegantiſſimum extat exemplum *in Novell. 63. in princ.* in quâ Imperator Juſtinianus refert, in regiâ urbe Conſtantinopoli jus eſſe receptum, ne ſcilicet quis vicino maris aſpectum, rem omnium gratiſſimam, interciperet, aut ſi utique aliquid ædificare neceſſarium vellet, *centum pedum ſpacium* à domo vicini relinquere cogeretur; niſi fortè pacto aliquo adjuvaretur ædificans, quo ipſi data ſit facultas intra definitum modum ædificandi, tunc enim ædifici-

um

um poterat exſtruere non cuſtodito illo *centum pedum* interſtitio, etiamſi proſpectus maris adimatur iis, qui conſenſerunt & pacti ſunt, cùm favori pro ſe introducto renunciaverint. In hujus conſtitutionis fraudem cùm multa nefaria molirentur incolæ urbis, malitiam eorum compeſcere voluit Imperator, & centum pedum ſpacium intactum relinqui præcepit, hunc ipſum verò proſpectum à culinis, latrinis, receſſibus, ſcalis vel tractibus ad ſola diverticula vicorum pertinentibus, quamvis & intra centum pedes ædificare quis voluerit, modo tamen *duodecim pedes* in medio intercedant, *l. ex quo 12. §. 4. C. de ædif priv.* Juſtinianus auferre conceſſit, quam conſtitutionem nonnulli quoque extendunt ad proſpectum montium. vid. Gothofred. *ad d. 12. C. lit. f.*

Thes. XXXVII.

Explicatâ ſervitutum materiâ tranſeamus nunc ad alteram Regulæ noſtræ limitationem quæ in *d. l. 14. π. de S. P. U.* reperitur poſita, quæ hæc eſt: *Siquidem ædificans legitimum ſpacium à vicini Inſulâ dimiſerit.* Hujus ſpacii ſeu interſtitii determinationem ex legibus duodecim tabb. cum ſupra docuerimus, nunc quoq; quid ſequentibus temporibus de eo in legibus tam Digeſtorũ, quàm Codicis & Novellis conſtitutum ſit, videbimus. Quoad jus Digeſtorum, interſtitia *in leg. fin. π. fin. regund.* ita determinata eſſe legimus: *Si quis ſepem ad alienum prædium fixerit infoderitque, terminum ne excedito: Si maceriam, pedem relinquito. Si verò domum, pedes duos: Si ſepulchrum aut ſcrobem foderit, quantum profunditatis habuerint, tantum ſpacii relinquito: Si puteum, paſſus latitudinem. At verò oleam aut ficum ab alieno ad novem pedes plantato: Cæteras arbores ad pedes quinque.* Quam legem Athenis latam fuiſſe, atque à Cajo in latinum eſſe translatam gloſſa ad *h. l.* prima aſſerit, atque ex ipſis verbis legis initialibus patet. Hinc juxta legem hanc finalem interſtitia ædium coarctata eſſe ad ſemipedem, & ex ſeſtertio pede, ſeu duobus pedibus cum ſemiſſe, duo ſaltem pedes facti ſunt, ut ædificium extruere juxta domum vicini non licuerit, niſi dimiſſo interſtitio duorum pedum à parte

 area

areæ vel prædii, quod poſſidet vicinus *vid. Surdus vol. 1. conſ. 74. per tot. Natta conſ. 277. Cæpoll. cap. 40. n. 3.*

THES. XXXVIII.

Quæſtio hîc movetur â Dd. *num dicta lex fin. locum habeat non ſolum quando ad prædium ruſticum, ſed & quando ad urbanum prædium ædificatur?* Putant nonnulli eam ſolùm loqui de prædiis ruſticis, cùm finium regundorum judicium, ad quod d. l. fin. ſpectat, in ruſticorum prædiorum confinio tantùm locum habeat, in urbanis vero diſplicuerit *l. 4. §. 10. π. fin. reg.* & hanc ſententiam ſequi videtur *Gloſſa in d. l. fin. verſic. domum* &c. dum dicit: *juxta agrum alterius.* Ager verò non urbanum ſed ruſticum prædium eſt, *l. ager 27. & l. fundi appellatio 211. π. de V. S. ibidemque Godd.* & hanc ſententiam confirmat quoque gloſſa *ad l. meniana 11. C. de ædif. priv. & Florent. ad d. l. fin.* Contrari[um] tamen verius eſſe, atque dictam legem tàm in urbanis quàm ruſticis prædiis obtinere conſtat ex *text. in l. 1. C. de interdict. ibique gloſſ. & l. 13. §. ſi quis juxta, junctâ gloſſ. π. de damn. infect.* etiam quando ædificatur juxta aream domus, utpotè quæ non minùs dici debeat prædium urbanum, quàm ipſa domus, cujus pars eſt, *Natta conſ. 277.* nec officit quod *d. l. fin.* in *tit. de finibus regundis* reperiatur poſita, ipſum enim legis principium cauſam hujus rei ſatis declarare videtur, cùm ex eo appareat, legem non ſolùm loqui de iis, quæ in urbanis prædiis habentur, ſed præcipuè etiam de iis, quæ in ruſtico fundo reperiuntur, puta macerie, foveâ, fructibus, arboribus &c. quæ communiter ad ruſtica prædia pertinere dicùntur, ut ſic, cum à potiori plerumque fiat denominatio ad tit. de finibus regundis referri optimè poſſint. vid. *Cæpoll. de S. U. P. cap. 40.*

THES. XXXIX.

In recentiori tum Codicis, tum etiam Novellarum jure aliter paulò interſtitiorum materiam tractatam ac determinatam eſſe apparet, & primùm quidem de menianis Impp. Theodoſii & Honorii extat conſtitutio in *l. 11. C. de ædif. priv.* quod illa *decem pedibus* inter ſe diſtare debeant: atque hoc ipſum Imperatores ad reliquas quoq; ædificationes extendi voluiſſe innuunt verba legis, quæ in fine fermè habentur, *ibi: quem intercapenis*

divis modum (decem ſc. pedum menſuram) ædificaturis quoque propo- nimus, & leges Gundebaldi Burgundiorum docent, atque hoc jus vetus fuiſſe Imperator Leo *in Novellâ ultimâ* teſtatur. His decem pedibus duos adhuc à Zenone Imp. fuiſſe adjectos patet ex l. *12.* §. *2. C. de ædif. priv.* ubi Imperator *duodecim pedes* debere relinqui ab eo qui ædificaturus eſt, inter propriam & vicini domum, disertè ac perſpicuè jubet, incipientes à ſuperpoſitâ fundamentis ædificii parte, eâdemque obſervatione perſeverante ad ſummum altitudinis culmen, & ei, qui hoc obſervat, domum in quantam voluerit altitudinem excitare & attollere, & feneſtras fabricare permiſit. Quare juxta hanc legem & conſtitutionem noviſſimam interſtitii ſpacium inter contiguas ædes erit XII. pedum, & ſecundùm hanc diſpoſitionem de illo quoque, quantum quidem ad jus civile attinet, judicandum eſt, neque tamen putamus *legem finalem fin. regund.* per hanc ipſam conſtitutionem in totum eſſe ſublatam, ſed ſolùm quoad ædificiorum extructionem mutationem aliquâ factâ fuiſſe, in reliquis verò quæ in *d. l. fin. continentur* dijudicandis adhuc d. legis diſpoſitioni inhærendum eſſe, cùm illa aliter explicata aut deciſa in jure non reperiantur. Quod autem expreſſè abrogatum non eſt, illud ſtare nullo modo prohibetur.

Thes. XL.

An verò dictæ leges adhuc hodie obtineant, quæritur? Affirmativam amplectitur acriterque tuetur *Natta conſ. 277. & Alex. in l. poſt. dotem 40. π. ſoluto matrim. col. pen. & Aretin. conſ. in causâ quæ vertitur 132. col.* 2. dicens, dicto Doctorum de abolitione legum teſtantium non ſtari, neque ex eo, quod undique domus conſpiciantur contiguæ in oppidis & civitatibus, inſurgere contrariam conſuetudinem derogatoriam juri communi, præſertim, quod domus continuari potuerint vicinis ſcientibus & patientibus. Unde & *Alber. in l. fin. π. fin. reg.* teſtatur, ſe iſtam legem non obſtante aliâ conſuetudine deduxiſſe ad actum practicum, & obtinuiſſe; quem refert & ſequitur *Natta d. conſ. in fin.* Ubi concludit: vicinum poſſe impedire alterius ædificationem per novi operis nunciationem, quod ſpacium duorum pedum non reliquerit, per *l. de pupillo 5. §. 9. & ibi gloſ. verb. publicam π. de nov. op. nunc.* Negativam verò

defen-

defendit *Baldus in conſil. ad evidentiam 348. lib. 2. Alciatus in l. qui-*
dem ignavie 26. C. de decurion. alii verò mediam ſecuti viam exi-
ſtimant, ea; ſolùm locum habere in prædiis ruſticis, non verò
in urbanis. *Nicol. Valla de reb. dub. tract. 8. n. 14. & 15.* Placet no-
bis ſententia *Magnif. D. Struvii, qui exerc. 39. th. 7. S. J.C.* dictas le-
ges ex ipſis rebus factisque omnium conſenſu per deſuetudinem
eſſe abrogatas dicit; dum undique in civitatibus ædes contiguæ
ſunt, nec ſingulæ amplius proprio ſuo ambitu conſtant; Fruſtra
igitur leges iſtæ in hâc materiâ, niſi ubi receptas illas eſſe con-
ſtat, allegantur. *vid. Ludovic. Molina de J. & J. tom. 3. tract. 2. diſp 706.*
n. 13. Ernſt. Cothman. vol 2. conſ. 93. n. 98. & ſeq. David Mevius ad
Jus Lubec. lib. 3. tit 12. art. 13. per tot. Cujac. in recit. in Codic. ad l.
11. C. de ædif. priv. p. 46. col. 2. poſt. med. hinc ſemper in his caſi-
bus ad jus provinciale recurendum eſſe dicit *Brunneman. ad tit.*
C. de ædif. priv. nam hodie in ſingulis fermè oppidis & regioni-
bus certa jura ædificantibus præſcripta ſunt, *Paul Buſius in l. ult.*
π. fin. reg. quæ ædificandi conſuetudo omni juris diſpoſitioni
prævalet. *Franciſc. Marcus in deciſ. delphin. deciſ. 408. Franciſc. Burſa-*
tus conſ. 100121. n. 17. Maſcard. de probat. concluſ. 620. n. 21. Caſp. Klock,
vol. 3. conſ. 147. n. 4. Carpz. jurispr. forens. part 3. conſt. 23. def. 2 n. 2. &
tam forenſes ligat quàm clericos *Joh. Vincenc. Honded. vol. 2. conſ. 10.*
n. 14. Anton. de Padilla in l. altius 8. C. de Servit. n. 9. Matth. Coler. de
proceſſ. execut. p. 2. c. 3. n. 22. Natta conſ. 389. n. 6. deciſ. 168. n. 7.

Thes. XLI.

Jure Saxonico inter domos certus quidem modus exactè
huic rei non eſt præſcriptus, ſed in genere in Landrecht
lib 2. art. 49. præcipitur, ut quilibet ita ædificet, ne ſtillicidium
ejus cadat in areâ vicini; at de fornacibus, cloacis & ſtabulis
porcorum in Landrecht *lib. 2. art. 49.* & Weichbild. *art 123.* pro-
videtur, ut à vicini ſepe vel pariete *trium pedum ſpacio* di-
ſtare debeant verb: Ofen/ Genge/ das ſind Waſſergerinn/ und
Schweinſtälle ſollen 3. Füſſe von des Nachbars Zaun ſtehen/
quæ determinatio in nonnullis quoque locis ad cœtera ædificia
extenditur. In patria meâ cuivis licitum eſt, ædificium ſuum
ipſi etiam vicini parieti apponere, niſi obverſa tecti figurâ æ-
dificare velit, ut ſtillicidium ſuum intra ſuam & vicini domum
cadat,

cadat, tunc enim à vicini pariete duobus pedibus debet abſti-nere, quo ſtillicidium commodè ac ſine vicini parietis corruptione cadere poſſit, & ita reſponderunt Dnn. Scabini Hallenſes den 27. Septembris Anno 1652. an Caſpar Heiſen auf den Neumarckt / Ob wol ein Jeder ins gemein auff ſeinen Grund und Boden zu bauen befugt nach ſeinen belieben / Alldieweil aber ſolches bey Erbauung einer Mauer oder Hauſes dahin zu verſtehen/daß bey der Mauer ſeines Nachbarn ein Werckſchuh/ bey einem Hauſe aber zwo Werckſchuh Erdreichs darzwiſchen ſollen liegen bleiben/ So iſt auch Caſpar Teißner dergleichen zu thun verbunden. V. R. W.

Thes. XLII.

In pluribus civitatibus uſu obtinet, ut inter duas vicinas ædes relinquantur certa ſpacia ſeu interſtitia, ut per illa ingreſſus ſit vel exitus ad loca publica, aut privata vel etiam ad ſtillicidia recipienda, vid. *Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 12. art. 13. n. 2, 3. & 4.* Talia quoque in patriâ meâ extare plurima novi, quæ inter ædificia utplurimum ob frequentia incendia, ad faciliorem eorum depulſionem, relinquuntur, & vulgo dicuntur die Feurſchlippen. Talia interſtitia cum extant, ea ædificando occupare non licet, *l. 2. §. vicinales m. ne quid in loc. publ.* uti reſpondit Ampliſſimus Senatus Hallenſis den 30. Martii Anno 1667. verb: ſentent: In irrigen Bau Sachen P. B. und E. W. wird von E. E. Rathe auf vorhergegangene ocular inſpection dieſer Beſcheid ertheilet/ Daß weil ſich in der Beſichtigunge befunden/ daß der ſtreitige Orth eine Feurſchlippe ſey, So iſt Beklagter nicht befugt eine Blancke dahin zuſetzen. & in cauſa M. G. und H. M. M. den 1. Septembr. Anno 1666. Weil bey eingezogener Beſichtigung ſich befunden / daß der zwiſchen M. G. hauß und H. M. M. ietzige Gärten nach der wüſte auff den Schlamm gehende Platz / vor dieſem eine gemeine / dem publico zuſtehende Feuerſchlippe geweſen/ So iſt ſolcher Platz dem publico ferner zulaſſen/ und die Schlippe vermittelſt einer abſonderlichen Blancke in vorigen Stand zuſetzen/ und ſoll der darzu gehörige Schlüſſel einem Nachbar nach E. E. Raths ermeſſen/ zugeſtellet / damit auf bedürffenden Fall ſolche

Schlippe alſofort eröffnet werden könne. Iſta interſtitia parietibus munire aut claudere privati non poſſunt, ne liber ad domos acceſſus impediatur, præcipuè tempore incendiorum, uti deciſum in Sachen Herrn A. S. und H. A. S. den 16. Jul. 1669. daß beyde Theile die gemeine Feurſchlippe und Zugang binnen acht tagen lang zueröffnen ſchuldig. neque etiam cloacam in illis habere permittitur, uti in præcedente ſententiâ iisdem reſponſum eſt in fin: So iſt Kläger die in die Schlippe gebauete Cloacam abzuſchaffen ſchuldig.

THES. XLIII.

Ab his interſtitiis differunt ea, quæ inter ædificia ob ſtillicidii caſum relinquuntur, & vulgò dicuntur Die Waſſerſchlippen / quæ aliquando latius, quàm duorum pedum ſpacium continent, quod tamen ædificando coarctari non poteſt, ſed veterem formam ſervare debet ædificaturus, cùm ea ſit inſtar ſervitutis. *l. ii. in princ. π. de S. P. U. l. 1. & 2. π. de aqu. & aqu. pluv. arc. l. ult. C. de Servit. & aqua. l. ex quo 12. §. 1. C. de ædif. priv. Cujacius 17. obſ. 35. David Mevius p. 3. deciſ. 168. n. 4.* Hæc interſtitia tenetur incruſtare ædificans & aquam extra ducere, ne murus vel paries vicini macreſcat aut propter receptionem aquæ in dicto loco damnum vicino adnaſcatur *l. fiſtulam 16. in fin. princ. π. de S. P. U. & l. fiſtulas 13. π. ſi ſerv. vind. Cæpoll. de S. U. P. cap. 40. n. 7.* & ita judicavit Laudatiſs. Senatus Hallenſis den 22. Septembr. 1665 in Sachen Herrn F. P. und V. K. So iſt Beklagter zwiſchen dato und Michael bey 10. Thaler Straffe die Schlippe nach gelegenheit der Nachbaren Gebaude / damit denenſelben am Schwellen kein Schade geſchehe / etwas tieffer zugraben / ſelbige zu pflaſtern / in der mitten eine Goſſe zuverfertigen / und alſo das Waſſer abſchüſſig bey dem Secret hinaus zu führen ſchuldig. neque poteſt quis impedire aquam aggerem faciendo, quò minus defluere poſſit, uti judicatum in cauſa H. K. & D. S. den 18. Auguſti 1663. So iſt Beklagter den an ſeinen hinter gebaude in der Wüſten Schlippen gemachten Damm wieder abzuſchaffen ſchuldig.

THES. XLIV.

Uſus quoque ad quem interſtitia illa primitùs ſunt deſtinata, immutari non poteſt, *arg. l. Julianus 15. in pr. ff. d. act. emt. can. 16. caus. 14. q. 5.* uti judicatum in causâ N.N. contra J.S. & W.L. den 19. Januarii 1678. Es ſeynd aber Imploraten dem judicato vom 16. Auguſti und der darauff am 13. September voriges Jahres abgelaſſenen Verordnung ſchuldige Folge zuleiſten verbunden / und dahero die Schlippe zu anderer Nothdurfft / denn worzu ſolche von alters her gewiedmet / anzuwenden und zugebrauchen nicht befugt / Geſtalt ihnen ſolches hiermit nochmahls bey 20. Marck Straffe unterſaget wird. Sic cloacam in iſto interſtitio habere prohibitum in causâ Herrn D. C. S. & A. S. den 18. Maij 1678. Daß Beklagter ſeine an des Klägers Mauer und über die gemeine Waſſerſchlippe gebauete Heimligkeit wieder wegzubringen ſchuldig. Quod ſi verò cloaca jamdum ibi reperiatur poſita, dominus cloacæ ſedulò providebit, ne damnum vicino adnaſcatur, vel etiam ab fœtorem nauſea creetur prætereuntibus in via, *l. 2. §. ſi quis cloacam π ne quid in loc. publ. Carpz. p. 2. c. 41. n. 7.* & ita reſpondit ſupra laudat. Senatus Hal. den 18. Auguſti 1677. in Sachen Herrn W. W. und Herrn E. G. Daß die in der zwiſchen dem Schülers Hole und der Schmeerſtraſſe gelegenen Schlippe befindliche Cloac geſtalten ſachen nach in ietzigen Stande zwart zu laſſen / es ſeynd aber die Beſitzer derſelben dem am 26ſten Junii an ſie ergangenem præcepto folge zuleiſten / und bey vermeidunge der darinnen enthaltenen Straffe die Schlippe zur Sommers-Zeit alle acht tage / zur Winters-Zeit aber nach ablauff vierzehen tagen ausreumen / auch ieder an ſeinem Orthe pflaſtern zulaſſen / daß der Unflath ſeinen richtigen Abfluß habe / und ſonſten zu aller zeit die Schlippe dergeſtalt reine zuhalten pflichtig / daß denen Klägern dadurch kein Ungemach zuſtoſſe.

THES. XLV.

Quæſtio hic movetur â Dd. *Cujusnam ſit iſtud interſtitium quod in ædificando inter domus contiguas relinquitur, an relinquentis, an verò utriusque?* Putamus, quod relinquentis ſit, ſi tamen hoc priùs ſuum erat, quia relinquens per hoc, quod legibus obtem-

perat, non debet perdere jus ſuum; non enim capitur, qui jus publicum ſequitur *l. 116. π. de R. J.* & quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt. *l. 11. π. de R. J.* ſatis enim eſt quod conſulatur vicino, qui tamen lucrum ex alterius damno captare non debet *l. 25. in fin. π. ad SCtum Trebell.* neque videtur datum, quod eò tempore quô datur, accipientis non *fit. l. 67. π. de R. J.* Sed quid? ſi non appareat, quis ſpacium hoc in ædificando dimiſerit, vel etiam, quis inter vicinos primùm ædificaverit? Puto quod in dubio commune debeat eſſe illud ſolum, tanquam ex collatione vicinorum prædiorum conſtitutum, *arg. l. arbor 16. π. commun. divid. l. 2. §. vicinales π. ne quid in loc. publ. & arg. l. pro regione 8.* π. *de A. R. D. l. inter eos. 29. π. eod.* non enim præſumitur aliquis, qui juxta aream vel domum alterius ædificavit, dictum ſpacium derelinqui voluiſſe, niſi appareat, quod ab uno ſaltem poſſideatur; veluti ſi oſtium fecerit in pariete ſuo, vel ſtillicidium ſuum illuc deduxerit, aut etiam lapides, trabes, vel alia ſigna, quæ per peritos arbitros facilè dijudicantur, ibi poſita aut protenſa habuerit, eousque enim poſſidet, quousque ſtillicidium ſuum cadit aut dicta ſigna prominent. *vid. Mevius ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 12. art. 13. n. 2. 3. & 4. & Capoll. cap. 40. n. 9.* ubi ſuadet, quod quilibet primùm ædificaturus, ſi ſpacium ſoli ſui dimiſerit, cautus eſſe debeat, ut in pariete vel muro ſuo lapidem reponi curet, qui ſe extendat ultra murum vel parietem ſuum, in quantum eſt ſpacium ſoli illius quod dimiſit. Quod ſi verò interſtitium hoc commune & ab ambobus vicinis relictum ſit, tunc uterque quoque ſuos lapides habeat prominentes, ut appareat, utrumque de ſolo ſuo hoc interſtitium dimiſiſſe.

THES. XLVI.

An vicinus in muro aut pariete poſſit facere oſtium, per quod veniat ad iſtud ſolum? Reſp. Diſtinctione res explicanda videtur; Aut enim (1) vicinus domum ſuam ita ædificavit, ut ſtillicidium ex illa in ſolum ſeu aream iſtam cadat, tunc, quia pro illâ parte, quâ ſtillicidium cadit, ſolum ſuum eſſe creditur, *juxta l. fin. §. fin.* π. *de S. U. P. cum ibi notatis per Fl. aliosque Dd. Capolla. c. 75. n. 3.* oſtium facere poteſt, ut poſſit venire ad ſolum ſuum. Aut (2) ſolum non eſt ſuum,

ſed

ſed alteri vicino prædio ſervitutem debet, cujus ſtillicidium recipere cogitur, & tunc itidem portam facere poterit, quia qu ſervitutem habet, aditum quoque pro eâ conſervanda habere creditur, *l. 1. π. ſi uſuſfruct. pet.* Utroque tamen caſu portam illam munire atque obſerare tenetur, ne vicino damnum aliquod exinde adnaſci poſſit, & ita judicatum Halæ in cauſâ Herrn W. E. G. contra J. S. & W. E. den 19. Januarii Anno 1678. Weil aus denen Actis und der Partheyen mündlichen vorbringen ſo viel erſcheinet / daß die in der Schlippe quæſtionis befindliche Blancken und Thüren befundenen umbſtänden nach ſchlechter dinges zu der Beſitzer und ihrer Häuſer verwahrung dienen / So ſeynd dieſelben auch in ihren ietzigen Stande zu laſſen. &c. & in cauſa Herrn F. P. & B. K. den 22. Septembris 1665. *verb: ſent:* Ingleichen iſt er die Thüre in der Schlippe / weil man leicht daran hinauff überſteigen kann / beſſer und zwart mit bräten zuverwahren pflichtig. *& in fin. ejusdem sent.* Die hinterſte Thür bey dem Secret nach der Wüſte wird Beklagten zwart zu ſeiner Nothdurfft verſtattet / Er iſt aber ſelbige mit einer tüchtigen Thür und einem blinden Schloſſe / damit deren Nachbarn kein Schade daraus entſtehe / zuverwahren pflichtig. Aut denique (3) ſtillicidium ejus in ſolo iſto planè non cadit; & exiſtimandum eſt, ei non permitti, ut portam faciat, quia non poteſt venire ad illud ſolum, quod eſt alienum nec ſervitutem debet domino nolente. *Capoll. c. 40. n. 6.*

Thes. XLVII.

Tranſeamus nunc ad ea, quæ tanquam partes ſub ædium appellatione continentur, vel perpetui uſus causâ propter ea comparata ſunt. Talia ſunt I PARIES, qui in jure noſtro vel latè accipitur, pro muro & macerie *l. 157. π. de V. S.* vel ſtrictè, prout ab utroque diſtinguitur. Murus dicitur paries cum calce ſine cæmento. *gloſſ. in l. fin. π. fin. reg. l. quantum ad jus pertinet 57. π. de V. S.* maceries verò dicitur paries, qui ex alia materiâ, quàm cæmentis & lapidibus ritè diſpoſitis factus eſt, *l. pen. π. comm. præd. l. ede 73. π. de contr. empt.* Si quis igitur murum juxta alterius domum velit ponere, debet relinquere ſpacium unius pedis, *l. fin. π. fin. regund.* ne ſcilicet in terrâ fodiendo ob

fundamenta muri ſui ponendo, paries proximi labefactetur aut deterioretur. *Surd. vol. 1. conſ. 74. per tot* maceriem tamen ædificare juxta fundum alterius poteſt, nullo etiam ſpacio intermedio relicto, dummodo terminum ſuum non excedat, cum maceriem ponendo nullâ in terrâ foſſione opus habeamus. *d. l. fin. Cæpoll, cap. 19. n. 1.* In Patriâ meâ paries â vicini pariete per pedem diſtare debet, uti pro hâc ſententiâ Dnn. Scabinorum Hallenſ. reſponſum retulimus thes. 41.

THES. XLVIII.

II. TECTUM, quod neceſſaria domus pars eſt, & â tegendo nomen habet, cum domum tegat. *l. tugurii 180. §. 1. ff. de V. S.* hoc ipſum aliquando definit domum, ut ſi quæratur, quid ſub domo comprehendatur, illud cenſeatur ſub domo comprehenſum, quod ſub eodem tecto eſt. *Mantica tract. de ambig. convent. lib. 4. tit. 15. n. 16.* & quatenus ſe extendit ſtillicidii rigor ſuper fundo vicini, eatenus terrenum ſeu ſolum inferius eſt prædii dominantis jure ſervitutis, *l. Olympico 41. ff. de S. U. P. Cæpoll. cap. 28. n. 8.* quando verò tectum & ſtillicidium idem ſignificant, ut probatur *in leg. 1. ff. de S. P. U.* theſes ſuperiores videantur, ubi de ſtillicidio latius egimus.

THES XLIX.

III. FENESTRÆ. Quæ vel proſpectivæ ſunt, vel luciferæ. Utrasque in ſuo poteſt quis habere *Carpz. p. 2. conſt. 41. def. 12. D. Richter p. 1. deciſ. 6. n. 3.* & *conſil. vol. 2. conſ. 276. n. 1. & 2. D. Brunnemann. ad l. 9. ff. de S. U. P.* quilibet enim rerum ſuarum moderator ac arbiter eſt *l. 21 C. mandat. Anton. Faber in ration. ad l. qui luminibus 11 §. 1. de S. P. U.* modò inter ſuam & vicini aream 12. pedum ſpacium relinquat. *l. 12. C. de. ædif. priv.* neque ad æmulationem feneſtras aperiat; ut ſi rimetur ſecreta vicini, vel inſpiciat uxorem aut filias vicini formâ præſtantes, *Harprecht. ad Inſtit. de Servitut. n. 19. Beſold in delib. Jur. ex lib. 8. Pandect. n. 12.* Hinc ſtatuto Würtenbergenſi in der Bauordnung fol. 44. cavetur: Welcher in ſeiner Wand/Gebäu oder Mauren Fenſter oder Laden hat/ dadurch er in eines andern Hoff ſehen/ werffen/ ſchütten oder ausſteigen mag/ der ſol ſolche Laden und Fenſter mit eiſern Stangen oder andern ſtarcken Gattern nach Erkäntniß

niß der Untertergänger / auff maß jedes Orthes herkommen/ für Außſchütten/ ſteigen / und ſonſt andern das zu ſchaden dienen möge/ vermachen und verheimſen. Cum quo conſentit Statutum Francofurtenſe *p. 8. tit. 7. §. 3. & 4. vid. Sprenger de Jure ædificii cap. 9. tit. de feneſtris.* In patriâ feneſtras in ſolum vicini proſpicientes ſi quis habet, eas munire debet, ne exinde damnum inferatur vicino, uti hoc oſtendit Nob. Senat. Reſponſum den 1. Maij 1669. Viduæ nobili à S, & M. H. R. datū. verb: Daß Beklagte ihre/ in Klägers Schlippe gehende Fenſter / ohne Auffſchüblinge zumachen und alſo zuverwahren ſchuldig/ daß daraus in Klägers Schlippe nichts gegoſſen werden könne: Jure verò Lubecenſi invito vicino feneſtras aperire non eſt licitum, niſi antiquitùs jamdum aliquæ ibi fuerint. *vid. Mev. p. 3 tit. 12. art. 13. n. 8.* De valvis notandum, quod in publico illa aperire liceat, ita tamen ne protendantur ultra ſtillicidii rigorem *arg. l. fin. §. Lucius de S. P. U. ibique gloſs.* quo refer Statutum Francofurtenſe *p. 8. tit. 7. §. 7. Sprenger dict. loco de feneſtris. §. 2.* Nota quod ſi velit quis ædificare murum ut luminibus vel proſpectui officiat, non ſub ſtillicidio debeat ædificare, ſed intermiſſo decem pedum ſpacio, *juxta l. mœniana 11. & ibi tradita Angel. C. de ædif. priv. vid. Franciſc. Marcus in deciſion. delphinatus qu. 501. n. 22. Hyppolitus Riminaldus conſ. 444. n. 7.*

THES L.

IV. CELLAM PENUARIAM in ſuo quilibet poteſt facere, modò non fodiat ſubtus ſolum publicum vel domum vicini, quia ſicut ſolum unius debet eſſe liberum usque ad cœlum *l. fin. princ. ff: de Servit. & l. ſi vitem §. pen. ff. quod vi aut clam. l. altius 8. C. de ædiſ. priv.* ita quoque debet eſſe liberum ſub terrâ *d. l. 8. & l. venditor. 13. §. ſi conſtat 1. ff. comm. præd.* Hinc *lex fin. ff. fin. reg.* tantum juſſit diſtare foveam aut ſcrobem à vicini pariete, quantum profunditatis habuerit. Verùm contrarium hodie uſu obſervatur, & quilibet in ſuo, quatenus ſolum ſuum durat, cellam penuariam poteſt facere, nullo etiam intermedio ſpacio à vicini pariete dimiſſo, ita tamen, ne vicinæ domus aut parietis fundamenta labefactentur *arg. l. 24. §. fin. ff. de damn. inf. l. 6. C. de metallar.* nec ſubter alienum ſolum foſſio porrigatur *vid.*

Magnif.

Magnif. D. Sinv. in diſſert. de ædif. priv. theſ. 31. Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 12. art. 13. n. 7. & Capell. cap. 45.

Thes. LI.

V. PUTEUM quoque in domo vel areâ meâ poſſum aperire pro lubitu, licitum enim eſt mihi fodere deorſum in meo pro lubitu, etiam usque ad centrum terræ, quamvis ex tali foſſione venæ putei vicini præcidantur & exſiccentur, per text. *in l. fluminum 24. §. 12. & l. 26. π. de damn. inf. l. 1. §. denique π. de aqu. & aqu. pluv. arc.* dummodo (1) hoc principaliter faciam ut mihi proſim. *Card. Tuſch. concluſ. pract. tom 2. lit. E. concl. 35. n. 6. per Angel. in conſ. 94. in princ. & n. 28. Alex. lib. 2. conſ. 174. n. 4.* nullus enim videtur dolo facere, qui ſuo jure utitur. *l. 55. π. de R. J. l. 1. §. 12. de aqu. & aqu. pluv. arc.* & (2) legitimum ſpacium obſervet, quod juxta *l. fin. π. fin. reg.* paſſus latitudinem ſeu novem pedes a vicini terrâ continet. Jure Saxonico tres pedes videntur ſufficere juxta diſpoſitionem in Landrecht. *lib. 2. art. 51. &* Weichbild *art. 122. & 124. in fin.* neque enim mihi licet tam altè fodere eo in loco, ubi paries vicini propter iſtam foſſionem ſtare non poteſt *d. l. fluminum 24. §. fin. π. de damn. inf.* ſingulariter tamen hic cavendum, ne talis putei apertura ex animo doloſo aut ex æmulatione proveniat, talis enim meritò prohibetur *vid. D. Carpzov. p. 2. conſt. 41. de. 11.* ubi pro hâc ſententia pronunciaſſe Scabinos Lipſienſes refert in cauſâ J. A. zu Leipzig. verb. ſent: Ob nun wol ein ieder in ſeinem Eigenthum auch mit Nachtheil des Nachbarn zubauen / und ſeinen Belieben nach mit den ſeinen zu gebahren befügt: &c. da aber ſolches dennoch von bemeldeten euren Nachbar allein zu dem Ende geſchehen were/damit euch und euren hauße groſſer Schade und ungelegenheit zugezogen würde. So wer auch berührter euer Nachbar den Brunnen wieder abzuſchaffin ſchuldig. V. R. W.

Thes. LII.

VI. BALNEORUM uſus tùm olim apud Romanos, tum apud nos quoque adhuc hodie frequentiſſimus eſt. Cum verò ex iis plurima timenda ſint pericula, ideoque indiſtinctè eorum exſtructiò concedenda non erit. Jure civili duos pedes eſſe præſcriptos tenet *Ang. in l. quidam Hiberus 13. π. de S. P. U.*

in

in princ. qu. ult. per quos à vicini muro balnea diſtare debent, ne igne murus torreatur aut frequenti humore corrumpatur. Putamus, in balneis duos pedes menſuram ſeu interſtitium præcisè non eſſe, ſed tantùm ea à pariete vicino diſtare debere, ne damnum exindę vicinus metuere neceſſum habeat. Cæterùm qualiter balneum de jure civili conſtrui debeat, *vid. leg. 1. C. de ædif. priv. ibique notata per gloſſ. & Dd. quibus add. D. Sprenger. de jure ædificii cap. 9. tit. de balneo.*

Thes. LIII.

VII. FORNACEM vel FURNUM non poteſt quis habere juxta murum communem invito ſocio, cum per ignem murus torreatur *l. quidam Hiberus 13. π. de S. P. U.* & in re communi melior eſt conditio prohibentis. *l. Sabinus 28. π. commun. divid.* multò minùs ergò in muro alieno fornacem vel furnum habere licebit. Si verò in proprio muro juxta murũ vicini fornacem vel furnum velit conſtruere, pedem unum relinquere tenetur; *juxta leg. fin. π fin. reg. & gloſſ. in d. l. quidam Hiberus 13. π. de S. P. U.* quæ dicit, quòd infra duos pedes vel unum ædificare debeat. Jure provinciali benè, conſtitutum eſt, daß Schmiede-Eſſen/ Brau-Häuſer/ Darren oder Maltzhäuſer/ Backoffen/und dergleichen ihre gewiſſe interſtitia und intervalla haben. Dn. à Lindenſpür *in comment. ad Ordinat. Polit. Würtenberg. fol. 284. & ſq.* quò refer die Fürſtl. Magdeb. P. O. de anno 1652. *cap. 11.* § Als ſich dann &c. ibi: So ſollen die Dörr und Brechſtuben nicht in den Flecken oder Dörffern geduldet/ſondern auſſerhalb derer gehalten; dergleichen die Backöfen zwar in den Döffern/ nicht aber an die Häuſer/ Ställe oder Scheuren oder da Heu uñ Stroh verwahret lieget/ſondern da das Feuer keinen Schaden thun mag/geſetzet werdẽ. Jure Saxonico diſpoſitũ eſt: Daß ein Becker/der ein Hauß kauffet/ keinen Backofen dahin ſetzen darf/ da vorher keiner geſtanden *Gloſſa ad* Weichbild *art. 123. Carpzov. p. 2. conſt. 14. def. 53. n. 4.* cum quo etiam concordat Jus Lubecenſe, quo prohibitum eſt, ne publica balnea, furni piſtorum & officinæ figulorum ſine conſenſu Senatûs & vicinorum expreſſo exſtruantur. *Mev. lib. 3. tit. 12. art. 11.* Jure Romano, qui fornacem furnumve juxta murum vel parietem alterius

conſtruit, ſemipedis interſtitium debet relinquere. *vid. Thom. Cormer. in Codic. Jur. Rom. gall. c. 3. p. 3. n. 119. quem allegat David. Döring. in bibliothecâ JCtorum. in voc. ædificium* Jure Saxonico furni & fornaces tribus pedibus â vicini pariete diſtare debent. *vid.* Landr. *lib. 2. art. 51.* & Weichbild *art. 122. & 124.*

Thes. LIV.

VIII. CLOACAM aut LATRINAM facere aut ſterqvìliniũ in ſuo habere licitũ eſt, dummodo ſine vicini damno ſtare poſſit. Hinc jure civili fovea tantum interſtitium â vicini domo habere debet, qvantum profunditatis habuerit. *l. fin. π. fin. reg.* quam tamen non amplius obſervari aſſerit *Cæpoll. de* S. *U. P. cap. 20.* & hinc poſſe aliquem foveam vel cloacam habere in ſuo, modò non protendatur ultra ſolum ſuum non obſervato iſto interſtitio, præſertim, ſi foveæ aut cloacæ lapidibus ſint munitæ ac muratæ, ut liquor aut ſtercor penetrare & parietem vicini corrumpere non poſſit. Jure Saxonico juxta Landr. *d. l. 2. art. 51. &* Weichb. *d. art. 122. & 124.* cloacæ tribus pedibus â vicini pariete diſtare debent. Quod ſequitur *Jus Mindanum lib. 1. tit. 15. art. 5. ibi.* die Privat oder Heimlichkeiten ſollen an denen Kirchhöfen und gemeinen Straſſen nicht näher denn auff fünff Füſſe / und denen Nachbahren auff drey Füſſe an der Erden gebauet werden. add. *Reformationem Francofurtenſem p. 8. tit. 6. §. 7.* de Jure *Lubecenſi* Mevius *lib. 3. tit 12. art. 10.* ubi deducit, hoc ipſum trium pedum ſpacium relinqvi debere, non ſolùm ab ædibus vicini, qvas inhabitat, ſed & ab omni ejus ſolo, ſive ſtabulum ibidem exſtructum ſit, ſive hortus, ſive nuda area deprehendatur. Et hanc diſpoſitionem juris Saxonici adhuc hodie in foro Saxonico obſervari teſtatur *Carpzov. part. 2. deciſ. 108. n. 16.* Ubi habet præjudicium: Da H. K zwiſchen dem Bau und euren Grund und Boden 3. Füſſe breit raum gelaſſen / ſo iſt er ſolchen Bau oder Cloac abzuthun nicht ſchuldig. Qui cloacam habet in viam publicam profluentem, curare debet, quò diligenter purgetur, ne fœtor, qui ex receptaculis excrementorum oritur, aerem inficiat aut nauſeam prætereuntibus moveat. *l. 2. §. idem ait ſi odore 29. π. ne quid in loc. publ. l. 17. §. 2. π. ſi Serv. vind.* vid. quod ſupra theſ. in fin. allega-

legavimus reſponſum. Debitor tamen ſervitutis cloacæ per ſuum fundum eâ impletâ egeſtionem excrementorum non debet, niſi peculiariter hoc ſit conſtitutum; Cùm ſervitutes ſtricti juris ſint, nec ultra id quod propriè cujusque eſt extendantur. *l. pen. π. de S. P. U. Mev p. 3. dec. 36.*

Thes. LV.

Ordo diſpoſitionis noſtræ in theſ. 21. propoſitæ ad res communes nos deducit. *Res communes* verò jure Romano dicuntur, quæ nullius ſunt propriæ. *§. 5. & 12. Inſt. de R. D.* ſed jure gentium omnibus vacant *l. 1. π. de A. R. D. l. 51. π. de contrah. emt. l. 30. in fin. π. de A. R. D.* Tales ſunt aër, aqua profluens, mare, & per hoc littora maris. §. *1. Inſt. de R. D.* At hodie rerum communium uſus eſt exiguus, cum & illæ in proprietatem conceſſerint. *vid. D. Strauch. diſſert. de Imp. maris.* & de proprietate aëris. *D. Auguſtus Benedict. Carpzov. in diſſertat. de Jure circa aerem.* Nemini verò licet ad æmulationem aut invidiam quicquam in mari, flumine aut aëre facere aut moliri, quod liberum earum uſum impediat alterivè damno ſit. In hunc quoque finem quoad piſcationem in mari remoris piſcatoriis certum interſtitium poſuit *Leo* Imperator *in Novell. 57. 102. 130. & 104.* quod illæ trecentorum ſexaginta quinque paſſuum intervallo â ſe invicem diſtare debeant, atque ita, ut ab utrâque parte hic intervalli modus deſumeretur, ut videlicet centum octoginta duo & ſemis ab unius partis finibus exporrigantur, reſiduum verò usque ad vicinum pertingeret. Intra definitum hoc ſpacium retia tendere poterat dominus remoræ, nec ulli alii impunè licebat in eo piſcari. Aer, cum ejus uſus omnibus ſit communis *l. 3. §. 1. π. ne quid in loc. publ.* communiter etiam eo quilibet uti frui debet, ne tamen aërem quis in totum occupet, ut dicit *Bald. in l. item lapilli 3. princ. π. de R. D.* Quare meniana in Jure Romano non tolerantur, niſi ſpacium inter ſe per decem pedes, ab horreis verò publicis per 15. pedes liberi aëris ſpacium habuerint. *l. 11. C. de ædif. priv.* neque etiam ita ædificare licet, ut ventus alicui areæ, in quâ frumentum eſt, auferatur. *l. fin C. de Servit. & aqu.* Hunc quoque refer, quod nemini liceat in domo ſuâ ali-

quid facere, unde aer inficiatur & peſtilentioſus fiat, puta cloacam aperiendo *l. 1. §. 1. π. de cloac. & l. pen. π. quod vi aut clam* aut fœtentem artem exercendo, unde malus odor fiat vicinis *l. 2. §. idem ait ſi odore π. ne quid in loc. publ.* quare in benè ordinatis rebuspubl. tales opifices extra muros habitare ibique opificia ſua exercere debent. Apud *Judæos* omnes officinæ coriariæ alle Gerber-Häuſer/ab urbe Hieroſolymâ ad quinquaginta pedes diſtare debuerunt, & exſtructæ ſunt ad orientem, circa reliquas verò plagas, ſeptentrionalem, meridionalem & occidentalem nullæ toleratæ fuerunt, ne vehementiores ac frequentiores ex his plagis provenientes venti ſanctam urbem maligno odore inficerent, uti hoc ex communicatione apud Judæos Rabbini olim clariſſimi, hodie ad Chriſtianiſmum converſi Dn. Zarvoſſi accepi. Jure *Lubecenſi* nemo eas artes atque opificia incipere atque exercere poteſt in ædibus, ubi antea non fuerunt, ex quibus vicinis aliquod damnum aut incommoditas magna promineat, quò referuntur die Gerberhäuſer/Seiffenſieder/Kürſner/&c. *vid. Mev. lib. 3. tit. 12. art. 2.* quod jure communi tamen ſecus eſt, quô pro lubitu cuivis emere & conducere ædes, inque iis opificia ſua exercere licet. *vid. Cothman vol. 3. conſ. 93. n. 60.* Solis tamen Profeſſoribus, Doctoribus, Advocatis aliisque literatis ſingulari favore conceditur, opifices artem cum ſtrepitu exercentes è viciniâ depellere. vid. D. Præſes *in diſſertat. de Molendinis Bannariis Sect. 3. theſ. 19. & ſeqq.*

Thes. LVI.

Res publica dicuntur, quæ ad certum aliquem populum pertinent, uſus verò earum omnibus patet § *2. Inſt. de R. D.* Talia ſunt, (1.) Flumina publica, in quibus ædificare nemini licet absque conceſſione Principis. Hinc nec molendina in illis extruere quis poteſt, ſive alius jam dum molendinum ibidem erexerit, ſive non, ſed conceſſione Principis ſpeciali opus habet. *vid. Magnif. D. Struv. S. J. C. exerc. 45. theſ. 87* Si tamen aliquis jus molendinum ædificandi ſive per inveſtituram ſive per præſcriptionem ſibi acquiſierit, ita debet ædificare, ne inferiori aquam ſubtrahendo noceat. Hinc aliquando etiam certa interſtitia molendina ædificantibus præſcribuntur, quibus

ab

ab inferioribus abſtinere debent. Cujus interſtitii menſurationem non per aërem, ſed per aquam ſupputandam eſſe aſſerit *Felinus in c. 7. verb. unde ſtante ſtatuto n. 6. X. de Except. Alexand. lib. 4. conſ. 22. colum. 2. Hammel. de action. cap. fin. num. penult. & ult.* D. Præſes *de Molendinis Bannariis ſect. 2. theſ. 25.* (2.) Viæ & plateæ publicæ. Cum verò dominium viarum publicarum & ſimilium rerum, quæ publicæ ſunt, ad Dominum ſeu ſupremum Principem vel magiſtratum cujusque loci pertineat, hinc opera danda, ne ea turbentur, vel quovis modo diminuantur aut coarctentur. *Keckerm. Syſtem. Polit. lib. 1. cap. 19.* de his conſtituit Imperator Zeno *in l. 12. §. 3. C. de ædif. privat.* ut nulli liceat ædificanti domum juxta compitum fortè, aut angiportum, vel plateam publicam duodecim pedibus latiorem auferre partem plateæ vel compiti, & proprio ſuperaddere ædificio. Quia ea, quæ ad rempubl. pertinent, minuenda non ſunt. Sin autem jam dum ſit ædificatum, atque majus ſpacium relictum coarctari illud non poſſit, ſed vetus diſtantia permanere debeat Hoc duodecim pedum ſpacium, quamvis in viis & plateis publicis hodiè præciſè non obſervetur. ſed juxta loci cujusque conſvetudinem judicandum ſit, nihilominus tamen quilibet ita tenetur ædificare, ne aliquid in plateam publicam immittat, quod eam coarctare poſſit *l. ædificia. 14. C. de ædif. priv.* nevè deſtructionem ædificii metuere debeat. *l. 14. C. de oper. publ Mev. p. 1. dec. 82. Schneid. ad §. ſumma 1. Inſt. de Interdict.* & de Jure Saxon. mag kein Schmied einen Nothſtall bauen auff der Gaſſen/ da vor keiner geſtanden hat/ ohne der Bürger urlaub. Weichb. *art. 123 Carpz. p. 3. conſt. 31. def. 10. n. ult.* Saluberrimè igitur in locis quibusdam providetur, ne quis juxta plateam publicam ædificet, niſi prius factâ inſpectione ab ædilibus, quibus ea cura â Magiſtratu ritè demandata eſt. *vid. Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 12. art. 3. & Statutum Hamburgenſe part. 2. tit. 10. art. 1. & 2.* Si tamen Princeps vel magiſtratus alicui in viâ publicâ ædificare conceſſerit, occupare eam veteremq; ædificii formam immutare impunè poteſt. *vid. Boerius deciſ. 320.* illa tamen conceſſio conſideratè fieri debet, nec ſtatim ob unius privati commodum aſpectus

 urbis

urbis deturpandus. *Mev. ad jus Lubec. l. 3. tit. 12. art. 1. n. 13. & 14.* nec cum præjudicio aut detrimento aliorum intelligenda eſt. *Carpz. p. 2. conſt. 33. def. 16. n. 3.* princeps enim ſine juſtâ causâ privare aliquem nec debet nec poteſt commoditatibus ex locis publicis provenientibus, & ſemper juſtitiam obſervare præſumitur *per text. in cap. ex tuarum X. de autor. & uſu pall. Ludov. Molina de J. & J. t. 3. tract. 2 diſp. 707. n. 13. Carpz. p. 3. conſt. 31. def. 13. n. 7.*

THES. LVII.

Res Univerſitatis ſunt, quarum dominium eſt penes univerſitatem, uſus verò civium ſeu eorum, qui in iſtâ univerſitate vivunt, communis eſt. *l. 1. pr. π. de R. D. §. 6. Inſt. eod. §. 2. Inſt. de inutilib. ſtipul. l. 2. §. 9. π. ne quid in loc. publ. D. Struv. J. prud. For. lib. 2. tit. 1. §. 7.* Talia ſunt theatra, forum, ſtadia nec non armamentaria, horrea & alia opera publica, Die Zeug-und Kornhäuſer. &c. Ab horreis publicis privatorum ædes centum pedibus, â cæteris verò publicis ædificiis XV. pedum ſpacio removeri debere, Conſtantino primùm placuit. *l. 4. & l. 46. C. Theodoſ. de oper. publ.* Theodoſio deinde ſatis viſum, ab horreis publicis privatorum ædificia XV, pedum intervallo ſejungi. *l. ſi cui 9. l. meniana C. de ædif. priv. de quo ſupra th. 15.* quod ipſum imitatus eſt Gundebaldus in legibus Burgundiorum, ſublatâ *l. 12. C. de ædif. priv. vid. Barn. Briſſon. l. 1. antiquit. cap. 2. Cujac. 2. obſ. 4.* ut tali ſpacio & publicæ ædes â periculo vindicentur, & ædificator privatus ſi perperam ædificaverit, deſtructionem vereri debeat, ea enim ædificia, quæ intra dictum ſpacium ad opera publica collocantur, dirui debent *l. 6. l. 14. C. de oper. publ.* de palatiis Principum, quod illis adhuc hodie privatorum ædificia adhærere non debeant, è re Principum eſſe atque communi conſvetudine obſervari teſtatur *Matth. de Afflict. in c. un. verb. palatia n. 4. tit. de regalibus.* Hoc ipſum tamen procedit, ſi ædificium privatum poſt conſtruatur, ut tunc, propter nimiam propinquitatem deſtruatur, quia deliquit, qui legi non obedivit. Si verò ædes publicæ poſt conſtruantur, non obſervato iſto ſpacio definito, tunc non poteſt aliquid ædificio privato ejusque domino imputari. *Salicet. & Bald. in d. l. ſi*

l. ſi cui 9. & *l. 11. C. de ædif. priv.* Ad univerſitatem utplurimùm pertinet Jurisdictio ejusque executio; circa quam nota, quòd furcarum erectio, quibus demonſtratur, jurisdictionem ejus loci pertinere ad eum, qui eas erigit, *Decius part. 2. conſ. 249.* ita fieri debeat, ut furcæ ſtent liberæ in ejus territorio, qui prætendit ibidem jurisdictionem, & obumbratio non contingat alterius territorium, ita ut quando fit executio juſtitiæ, homines ſpectatores poſſint circumcirca ſtare ſuper ejus territorio, qui eas erexit. *l. pen. π. pro ſocio* & *Bart. in l. ſi fundum π. de legat.* 1. hodie tamen furcas tolerari, ſi diſtent â finibus vicini per viginti quatuor ulnas, quamvis umbra projiciatur in fundos vicini, niſi aliter incommodetur vicinis probant *Coler. deciſ. 144. n. 31.* & *Carpz. deciſ. 145. Matthias Stephani ad Ordinat. Crim. Carol. V. art. 215. in fin.*

THES. LVIII.

Res nullius ſunt, quæ & â proprietate & ab uſu hominum ſingulariter ſunt exemtæ *l. 1 pr. π. de R. D.* atque ita planè ſunt extra patrimonium *princ. Inſt. de R. D.* Tales ſunt Res ſacræ, religioſæ & ſanctæ. *§. 8. Inſt. de R. D.* Res Sacræ ſunt, quæ publicâ Principis autoritate per Pontifices ritè Deo conſecratæ ſunt *l. 6. §. 3. l. 9. §. 1. π. de R. D.* Ex rebus Sacris conſideramus *Templa* & *Eccleſias*, quarum cura certis perſonis mandata eſt §. *tutores 2. Inſt. de Tutel. l. 1. §. fin. π. ne quid in loc. ſacro. Hillig. in Donell. enucl. l. 16. c. 14. lit. C.* de his Papa Nicolaus I. circa annum Chriſti 860. conſtituit, ut nulla ædificia in atrio eccleſiæ ponantur, niſi tantùm clericorum *c. nulla 12. qu. 1.* clerici enim ſacrarum ædium curam habere debent, hinc Epiſcopus ut non longè ab Eccleſiâ hoſpitiolum habeat præcipitur in *can. epiſcopus 7. qu. 41.* confirmatum fuit poſtea hoc decretum Nicolai in Synodo Salegunſtadienſi Anno 1203. ubi decretum, ut ædificia laicorum, quæ eccleſiis conjunguntur, deſtruantur, nam atrium eccleſiæ liberum eſſe debet.. Hoc atrium in majori eccleſia per circuitum XL. paſſus continebat, in capellis verò & minoribus eccleſiis XXX. *vid. can. ſicut antiquitus 17. qu. 4.* In Digeſtis quoque peculiare interdictum propoſuit Prætor, ne quid in loco ſacro fiat quod ad ejus deformitatem tendat *l. 1.*

π. ne quid in loco ſacr. quod interdictum non ſolùm competit ad hoc, ne quis ædificet in loco ſacro, ſed & ut iniquè ædificatum tollat. *l. 2. §. locatum 19. π. h. t.* Hinc ædificare propè eccleſias nemo poteſt ita ut occludat aut obſcuret lumina Eccleſiæ, & ſi de facto quid fiat, Magiſtratus ſummariè cognoſcere, aut ut ædificatum tollatur vel adjacentibus ædificiis exæquatur curare ſolet. Quod ipſum quoqve extenditur ad lumina ſcholarum communium, in quibus publicè legitur, quæ occludere nefas ducitur, ne utilitas publica impediatur, *Joh. Vincent. Honded. Vol. 1. p. 5. de præſcript. conſ. 81. n. 5. Anton. de Padilla. in l. altius 8 C. de Servit. n. 28.* nevè Scholaſtici operam & impenſas perdant, ſi luminibus priventur. *Honded. d. l. n. 37. vid. JCtiſſ. D. Rosbe diſſert de Domo cujusqve propriâ cap. 5. n. 8.*

THES. LIX.

Locus religioſus de jure Romano fit, quando mortuus infertur *l. 6. § 4. l. 7. π. de R. D. § 9. Inſt. eod. l. 6. §. ult. l. 42. π. de religioſ.* Jure Romano ædificaturus ſepulchrum propè ædes alienas determinatum interſtitium rel.nquere debebat, ſecus facienti, dominus ædium novum opus nunciare aut opere facto interdicto quod vi aut clam experiri contra ipſum potuit. *l. 3. princ. π. de religioſ.* Interſtitium hoc legg. XII Tabb determinatum fuit, *ibi: Rogum buſtumvè novum propius LX pedes ædes alienas invito domino ne adjicito. vid. Dionyſ. Gothofred. in fragment. legg. XII. Tabb. lib. 1.* Hujus prohibitionis rationem ſubminiſtrat *Cicero lib. 2. de LL.* quia ſcilicet LLatores veriti ſunt incendium acerbum: metus verò & periculum ejus ceſſat, ſi ultra LX. pedes ab ædibus rogum vel ſepulchrum diſtet. Hodie quidem hæc ratio urgens non eſt, cùm defunctorum corpora apud nos non comburantur, ſed in cœmeteriis publicis terræ mandantur; nihilominus tamen ne putridæ exhalationes aërem inficiant. Cœmeterium extra urbem & ab ædificiis, quæ inhabitantur, remota eſſe æquum eſt. Magiſtratui enim non ſolùm incumbit providere mortuis & ægrotantibus, ſed & præcipuè viventium curam habere malaque ab iis quovis modo avertere debet. Sepulchra verò apud Romanos olim & etiamnum hodie munita ſunt parietibus, quò honeſta ſint, & ab omni in-

juria

juriâ & hominum & pecudum vindicarentur. *l.37.§.1.π. de religioſ* *l.2.§.1.& l.8.π.eod.* quô refer die Fürſtl. Magdeb. Policey Ordnung de Anno 1652. cap. XI. §. und damit die Kirchhöfe als Schlaffhäuſer der Chriſten/ſo am jüngſten Tage aufferwecket und ſelig gemachet werden ſollen/ehrlich und rein gehalten werden/ſo ſollen dieſelben mit Mauren/Blancken oder Zaunen und mit Thüren vermachet und vorm Viehe allenthalben mit fleiß wohl verwahret werden. Nemini igitur in Cœmiteriis quicquam ædificare, aut ad ea quicquam apponere licet. *vid. D.Cruſium ad Jus Mindan. lib.1, tit. 15. art. 6.*

Thes LIX.

Res Sanctæ Romanis ſunt, quæ ſpeciali legis ſanctione ab omni injuriâ ac violatione hominum ſingulariter ſunt munitæ atque defenſæ. *l.1 princ. l.8 §.2. l.9.§.3. l.fin. π. de R.D.* Tales ſunt *Muri, Turres, Propugnacula, ac Portæ civitatum*, quæ quodammodo divini juris ſunt *§.10. Inſt. de R.D.* adeoque inviolabiles l. *ult. π. eod.* ut nec injuſſu Præſidis principisvè ad ea ædificari vel iis quicquam ſuperimponi poſſit. *l.8.§.fin. l.9.§.4. & l. ult. π. de R.D. l.2. & l.3. π. ne quid in loco ſacro. Corneus. conſ. 237. vol. 2.* hinc quindecim pedum interſtitium proponitur in *l. ſi cui 9. & l.11. C. de ædif. priv.* intra quod juxta muros urbis vel opera publica ædificare non permittitur. *Angel. in d. l. ſi cui 9. C. de ædif. priv.* intereſt enim reipubl. domos non eſſe adhærentes muris, tùm propter pericula incendii aut ruinæ, tùm etiam ne quid mali aut ſiniſtri in domibus iſtis excogitari poſſit, quod ad internecionem aut proditionem urbis ſpectet; poſſet enim quis ex parte ſua murum clam perforare & ingreſſum dare hoſtibus, *Afflict. c. 1. n. 7. Bartolus in l. 3. π. de oper. publ. n. 3 & 5. & in l. 1. π. quod cujusque univerſ. nom. n. 2. Johan. Melonius in Theſauro Juris civilis & feudalis tit. 22.* von Gebäuen und Baurechten *n. 12.* Hoc ipſum quoque ad pomœria civitatis extenditur, quæ intra muros ſunt, vulgo die Zwinger: Illa enim

tiquitus 17. qv. 4. ita pomœrium adjacens mœniis, mœniorum privilegiis gaudere debet. Pomœrium autem per XV. pedes ſe extendere aſſerit *Hieron. de Monte de fin. reg. cap. 5. n. 15.* Hodie interſtitium mœniorum cujusque loci ſtatuto ac conſvetudine determinari debet, ſi tamen illæ non adſint, dd. ll. diſpoſitioni adhuc inhærendum eſſe vult *Cæpoll. de S P. U. cap. 61. n. 4.* Quod ſi Princeps alicui in muris aut ad opera publica ædificare permiſerit, ædificium ibi haberi impunè poteſt. Hinc quandoque ipſis muris civitatis ædificia imponi cernimus. Qui verò in muris aut turribus ita ædificarunt, de jure communi reparare ædificia tenentur, ſive modica, ſive magna expenſa fuerit. *l. turres 18. C. de oper. publ.* nam ad quos ſpectat uſus, ad eos quoqve onus reficiendi pertinet. *Trentacinq. lib. 1. variar. reſol. tit. de Jure fiſci reſol. 8. n. 8. Chriſtin. deciſ. 157. n. 7. vol. 5. Colleg. Argentor. ad tit. π. de oper. publ. theſ. 8. Brunnem. ad l. 18. C. d. t.* quæ verò citra permiſſionem Principis muris imponuntur, dirui debent, *l. 14. C. de oper. publ.* nec prodeſt hîc præſcriptio, quia ea juri publico non debet opponi. *l. 9. & 45. π. de uſucap. l. 6. C. de oper. publ.* ex dictâ *leg. 14. C. de oper. publ.* juſtificatur quoque factum gubernatorum civitatis, qui ædes propugnaculis vicinas diruere & incendere ſolent, ne hoſtis adveniens ſe ibidem poſſit recipere, aut etiam ad urbis molitionem conferre; quo tamen caſu æquum eſt, ut precium dominis ædium ex publico ſolvatur *Cothman. vol. 4. conſ. 1. n. 103. & ſeq. Perez. in Cod. de oper. publ. n. 4. Gail. 2. obſ. 56. n. 8.* & ita de jure reſponderunt Dnn. Scabini Hallenſes menſ. febr. anno. 1631. ad petitionem derer umb die Moritzburg zu Halle wohnenden Bürger. verb. Weil die Vernach- und theils Verwüſtung euer Häuſer zum Schutz der Veſtung Mauritii angeſehen/ und ihr dahero derſelben Häuſer gantz nicht genieſſen könnet/ gleichwol aber Steuern davon geben und die Wacht halten ſollet. &c. So iſt von der Stadt-Obrigkeit zuförderſt dahin zuſehen/ daß euch dagegen eine linderung und erſetzung wiederfahre/ doch dergeſtalt/ daß weil ſolch Caſtell und Veſtung nicht allein der Stadt/ ſondern dem gantzen Lande zum beſten verwahret wird/ daß die gantze Landſchafft deswegen zu contribuiren und euch den Schaden/ der euch dahe-

ro

ro vor andern zugefüget wird/ zu erſtatten angehalten werde/ und euch immittels eine Erleichterung / ſonderlich wegen der Wache geſchehe.

THES LX.

Hæc de prædiis urbanis ſufficiant. Nunc quoque ad *ruſtica* prædia deveniamus, eorum interſtitia paucis conſideraturi. In his prædiis numerantur 1. *Agri*, qui non ſolùm limitati, ſed & certis ſuis terminis incluſi ſunt. *l. 5. π. de J. & J. l. in agris 16. π. de A.R.D. Johan. Baptiſta Aymus de jur. alluvion. lib. 1. c. 17. n. 29. ſeqq. per tot.* & olim quidem quando per ſupercilia & rigores agri diſterminabantur, XXX. pedum ſpacium intercedebat. *Cujac. lib. 10. obſ. 2.* aliquando etiam interſtitium agrorum VII. XII. XX. & XL. pedum fuit, uti ex loco *Hygeni de limitibus agrorum pag. 189.* pateſcit, & peculiarem Auguſti conſtitutionem de interſtitiis agrorum refert *Cujac. 2. obſ. 9.* maximè tamen uſitatum fuit Romanis quinquepedale ſpacium, quod ex lege XII. Tabb. purum â culturâ manebat, quò ire, agere uterque dominus valeret, itemque ut circumverti aratrum facto catenus ſulco poſſit. De hoc quinquepedali interſtitio ſpecialis extat Valentini, Theodoſii, & Arcadii conſtitutio *in l. 4. Cod. Theod. fin. regund.* ex quâ deſumta eſt, ſed mutilata ea quæ in Codice noſtro Juſtinianeo *in l. 5. C. fin. regund.* habetur, quam reſtituit *Alciatus in tract. de finib. regund. & quinque pedum praeſcr. §. 18.* & *Magnif. D. Struv. Exerc. 14. theſ. 57.* quæ ipſa tamen lex non de exceptione uſucapionis, ut quidem putat *Alciatus d. tr. §. 70. 71. & 73.* refutatus â *Pacio in Analyſ. Cod. ad Tit. 39. de fin. reg. n. 10. & Lud. Cato in repet. ad d. l. 5.* Sed de exceptione ſpacii quinquepedalis, quod ſcil. ea non obſtante, veri fines, quanti quanti etiam illi ſint, cuſtodiri debeant, intelligenda eſt, & verbum præſcriptionis pro præfinitione ſive delineatione vel limitatione accipitur *vid. D. Struv. S. J. Exerc. 14. th. 57. D. Strauch. in lectione ſuâ curſoriâ ſuper hanc legem*, quam

di modum fuit duarum ulnarum cum dimidiâ dritte halbe Elle. *vid. Dionyſ. Gothofred. add, l.3. lit. a. Matth. Weſenbec. ad tit. π. fin. regund. n. 2. poſt med.* hodie verò non amplius ex menſurâ quinque pedum, ſed ex ſignis gromaticis & arbitrio Agrimenſorum pendet. *Hottoman. ad L. XII. Tabb.* & aliquando majus, aliquando etiam minus eſſe poteſt *Giphan. ad h l. 5. C.* ita ut nihil certi ratione latitudinis definiri poſſit, ſed diſcrimina ex conſvetudine potiùs quàm ex lege ponantur. vid. *Oettinger.* l. 2. *c. 7. n. 1. 2. Mynſing. cent. 6. obſerv. 43. & ſeq. Weſenbec. in in parat. π. de* legg. *n. 9.* de Jure Saxonico ſpacium hoc finale inter conterminos agrorum non eſt præciſè quinque pedum, ſondern daß man einen Pflug mag umbwenden. *Bened. Reinhard. different. jur. civ. & Saxon. part. 6. diff. 34. in fin.* & civiliter tantùm puniuntur ii, qui ignoranter fines transportant Landr. *lib. 2. art. 28.* criminaliter verò & arbitrariè, qui dolo malo. vid. Gloſſ. *Zobel. in d. art. 28. Fachſ. diff. 56. Weſenbec. in paratitl. fin. reg. n. 8. in fin.*

HES. LXII.

Non tamen putandum eſt, uſum dictæ *l. 5. C.* â foro planè receſſiſſe. *Nicol. Valla de reb. dub. tract. 8. n. 14. &* 15 Tria namque continet *d. l. 5.* (1) Spacium legitimum quinque pedum ſeu passus geometrici, quod hodie tamen in confiniis amplius non attenditur, (2.) prohibitam limitum præſcriptionem, quæ hodie quoque adhuc durat, fines enim quâ tales etiam juxta hodiernam praxin impræſcriptibiles ſunt, ſi de iis verè conſtet *c. ſuper eo X. de Parochiis c. licet inter. c. quicunque 16. qu. 3.* quia inter confines eſt quædam finium communio, nec quisquam eorum ſolum illud ſuo nomine & bonâ fide poſſidet ut præſcribere queat. *vid. Mynſinger 6. obſerv. 28. per tot.* etiam tricennali poſſeſſione in foro Saxonico *argument. §. quædam actiones 20. Inſt. de Act. & l. 3. C. de præſcr. 30. annor.* (3) arbitramentum, cujus in *d. l. 5. C.* mentio fit, adhuc hodie obtinet, quamvis numerus Arbitrorum ternarius, qui ex Lege XII. Tabb. præſcriptus fuit, hodie pro qualitate cauſæ & loci conſuetudine immutatus ſit, & modò plures, modò pauciores admittantur vid. *Oettinger. d. tr. l. 2. c. 5. n. 6. 7. & 8.* Ubi juri maximè convenire dicit numerum imparem, quod & hodie obſervari

aſſe-

aſſerit. *n.8.* quod ipſum etiam adhuc hodie in Archiepiſcopatu Magdeburgenſi obſervari patet aus der F. M. P. O, *cap. 32. per tot.* und in der F. M. Land-Rüge-Gerichts-Ordnung. *de Anno 1656. §. 5. 6. 7. 8. & ſeqq.*

Thes. LXIII.

De ædificiis ruſticis conſtituit Leo Imperator in *Nov. 71.* ut ii, qui in locis arabilibus aut ad ſementem excultis novas ædes exſtruere volunt, ſi loci amplitudo ferat, in vicini finibus tanto ſpacio ædificent, in quantum arcus iteratâ vice telum ejaculetur; ſin tantum ſpacium interſtitio loci anguſtia non præbeat, uno etiam arcus jactu hoc conſtituatur. Intra dictum autem ſpacium novam domum extruendi nemini facultas fuit, ne ædificium ad fruges vicini poſitum noxam illi inferat. Quam ipſam Leonis conſtitutionem apud Romanos in uſu fuiſſe teſtis eſt *Cujac l. 17. obſ. 31.*

Thes. LXIV.

Conſervandorum fructuum causâ paterfamiliâs fundos etiam *ligneis ſepibus* circumcingit. Sepem autem quilibet in fundo proprio (ſi quidem liber eſt) facere poteſt, nec ullum tenetur ſpacium relinquere â termino vicini prædii, dummodo terminum ſuum non excedat. *l. fin. π fin. reg.* ratio eſt, quia ſepem in ſuo faciens ita eum poteſt conficere, ut & lignorum fragmenta tantùm in ſuum fundum cadant, & vicino non noceatur, quod in extructione muri aut maceriei ſecus eſt, ubi propter decidentes lapides aut ligna via permanere debet, quò illa poſſint auferri, ne vicino noceatur *l. 8. §. 5. π. ſi ſerv. vind. l. 11. §. 1. π. commun. præd.* Jure Saxonico qui ſepem conficit, ramos in ſuam faciat protendentes, vid. Landr. *lib. 2. art. 0.* Wer auch zäunet der ſol die Aeſte von den Zaunruthen in ſeinen Hoff kehren/ ut dignoſcatur, quòd ſepes ad eum pertineat, ſicut in dubio paries cenſetur illius, in cujus parte cla-

S. U. P. quia nemini in ſuô licet facere aut habere aliquid, unde malus odor vicinis oriatur *Cæpoll. de S. U. P. cap. 48. n. 3.* quo etiam reſpexit jus Mindanum *lib. 1. tit. 15. art. 5.* Es ſoll keiner ſeinen Schweinkoven an ſeines Nachbarn Wand/ Mauer oder Hauß ſetzen/ſondern davon eine Ele oder zwo Füſſe weichen/ ingleichen ſoll auch keine Miſtgruben georbnet werden/ ſie ſeynd denn zwo Füſſe abgelegen/ daß der Unflat darzwiſchen an der Mauer nicht ſtehen bleibe &c. *add. D. Cruſius ibidem art. 6. & art. 7.*

Thes. LXVI.

Horrea Romæ plurima fuiſſe, eaque variis uſibus deſtinaſſe Romanos prolixé docet *Barnab. Briſſon. lib. 4. antiquitat. cap 18.* hinc meniana ab horreis publicis XV. pedum ſpacio abeſſe jubentur *l. 11. C. de ad ædif. priv. Cujac. 2. obſ. 4.* ea præcipuè hîc conſideramus, quæ frumenti recondendi cauſâ plerumque in villis habemus, quæ prædii ruſtici nomine veniunt *l. 21. & l. 180. π. de V. S.* circa hæc ſancitum eſt, ut ſi quis aream vel horreum habeat, in quo frumentum ventilatur & paleæ â frugibus ſecernunter, nemini liceat ſic ædificare vel alio modo verſari, ut idoneum & ſufficientem ventum ad prædictum opus præcludat, & inutilem domino aream faciat, ſed dominus areæ vel horrei juſtè poſſit eum prohibere, ne extollat ædificium. vid. *l. 14. Cod. de Servitut. & aqu. l. 14. in fin. π. de aliment legat. Cujac. 16. obſ. 29. Cæpoll. de S. P. R. cap. 43. n. 7.* add. quod jure Hebræorum horrea â civitatibus 50. ulnis diſtare debuerunt ob ignis fortè periculum, uti nobis retulit ſupra laudat. Dn. Zarvoſſi.

Thes. LXVII.

Arbores cùm utplurimùm ſint in fructu, meritò ad ruſtica prædia referuntur. Eas quoque indiſcriminatim plantare non permittitur, ſed qui oleam aut ficum ad alienum prædium plantat, novem pedes pro interſtitio relinquere debet, quod ipſum etiã ad quercus, abietes & alias arbores, quæ magis ſolent eſſe proceræ, altiusque radices agunt, extendi debet. Cœteras verò arbores ad pedes quinque habere licet *l. fin. π. fin. regund.* quod interſtitium leges poſuerunt, ne umbra arborum vicino prædio officiat. Hinc ſi arbor ex agro tuo in meum agrum impen-

pen-

pendeat, interdicto de arboribus cædendis experiri poſſum, ut quindecim pedes altius à terrâ coerceatur, & ſi vento inclinata ſit in meum fundum, ut funditus excidatur. Idem quoque facere poſſum, ſi radicibus arboris creſcentibus fundamentis ædium mearum periculum afferatur. *l. 1. & l. 2. π. de arb. cad. l. 1. C. de interdict.* Viam quoque publicam coarctare nemo poteſt arborem plantando, uti nec iter, aut actum. Viæ verò latitudo ex Legg. XII. Tabb. dicitur eſſe in porrectum 8. pedum, in anfractum verò 16. pedum *l. 8. π. de S. P. R.* iter verò utplurimum ad *duos* pedes, actus verò ad *quatuor* in porrectum, in anfractum verò ad *octo* conſtituitur. *Matth. Weſenbec. in paratitl. ad tit. π. de S. P. R. n. 1. add. Caſp. Manz. in tract. de Servitut. tit. de S.P.R. n. 63. & ſeqq.* Hodiè verò illud arbitrio viri boni plerumque relinquitur. *Herm. Vultei, in princ. Inſt. de Servit. n. 22. in fin.* Jure Saxonico in Weichbild. art. 130. & Land R. lib. *2. art. 59.* conſtituitur, das Eine iegliche Landſtraſſe ſoll haben zu recht in die weite 8. Füſſe/und ein ſteig ſoll haben 3. Füſſe in der weite. Maſegges Bobbo Basra *cap. 2. fol. 24. de jure Hebræorum* ſcribit, quod apud eos arbor vulgaris per XXV. ulnas, quercus verò, præcipuè ſi ramos multos protendat ab urbe, ne ipſi ſit dedecori aut damno, diſtare debeat; Si verò arbor jamdum exſtet per aliquot annos, conſiderandum, an arbor prior plantata ſit, quàm civitas fuerit extructa, an civitas ante ipſam arborem ædificata; Hoc caſu arbor exciditur, neque æſtimatio ejus proprietario domino debetur, quoniam damnum ſibi ipſi attraxit, plantando arborem intra ſpacium à legibus præſcriptum. Priori verò caſu, ſi arbor civitate antiquior ſit, exciditur quidem, æſtimatio tamen ejus cedit proprietario domino. Si verò dubium ſit, num arbor, num verò civitas prior extiterit, arbor extirpatur, neque quicquam pro eâ proprietario ſolvitur. Arborem quoque ad puteos intra 25. ulnas habere non permittitur, quercus verò ejusque generis aliæ arbores non niſi per 50 ulnas tolerantur,

arbor prior fuerit, non extirpatur; in dubio prioritatis, omnino arbor non exſcinditur. Arbores quoque, quæ viæ publicæ imminent, eousque præcidi debent, ut homo camelo inſidens commodè ſubtus poſſit pertranſire. Quæ omnia ex dicto Autore ita interpretatus eſt ſupra laudatus Dn. Zarvoſſi.

THES. LXVIII.

Digito quaſi monſtrandum eſt ad remedia interſtitia conſervandi vel damni repellendi ergò competentia de quibus vid. D. Struv. *d. ædif. priv. thes. 72.* Et ſunt vel contra injurioſè ædicantes & interſtitia turbantes ne ædificando pergant *Novi operis nunciatio*, de qua *tot. tit.* eſt in *ff. & C. d. nov. op. nunc.* ibique DD. vel ſi vi aut clàm in re ſolo cohærente quid ſit, cùm tamen aliorum jus interſtitiorum habentium interſit, nil tale factum eſſe, datur *interdictum quod vi aut clam vid. tot. tit. quod vi aut clam.* vel ſi quis in poſſeſſione eſt, aliusq; negat ſervitutem poſſidenti competere, ſed ſpatium debere eſſe liberum, datur *actio negatoria* vid. DD. *ad §. 2. Inſt. d. actionib* Competit etiam *interdictum uti poſſi tetis l. 3. §. 9 uti poſſidet.* vel *interdictum quod vi aut clam*, de quib9 vid. Dd. *ad eum tit.* vel ſi quis nobis debet interſtitium, ne nos in eo impediat, conceditur *actio confeſſoria* Dd. *ad d. §. 2. Inſt. d. act.* Datur interdictum prohibitorum, ne quis eum, cui quidem novum opus nunciatum eſt, ſed ſatis dedit, prohibeat ædificare vid. *l. 20. §. 9. & ſeqq. d. nov. oper. nunc.*

THES. LXIX. & Ultima.

Ultimò animadvertendum eſt, ad pernoſcenda interſtitia menſores & matheſeos peritos adhibendos eſſe. Oculi quippe ſunt inſtrumenta illa, quibus actus inſpiciendi perficitur, veritasq; accuratiſſimè inveſtigatur. Unde Commiſſarii ſolent determinari, qui interſtitia inſpiciant, æſtiment ac ad Judicem rem cum circumſtantiis referant, vid. Füſtl. Magdeb. Proceſſ. Ordn. *c. 39. tit.* vom Beweiß durch Augenſchein. *Rutger. Rulant tr. d. commiſſar. & commiſſion. p. 1. l. 4. c. 4. & ſeqq. Maſcard. de. probat. concl. 1176. Tiraquell. d. retract. lignag. §. 4. gloſſ. 1. n. 38. Alex. conſ. 186. n. 3. lib. 2.* Plura pro temporis penuria & itineris inſtituto non licet.

BIBLIOTECA ... ROMA ...

SOLI DEO GLORIA.